Reges thar[sis] et omn[es]

populi laudate dñm. ps. Lau[date]

Jo. B. i.

Abiit ihc tra[ns] m[are]

1815

[illegible]

Hieronimus
Navarrus
Cottus

[illegible]

Amice nos salutes plurimum

Hieronimus [illegible] Navarrus

STATVTORVM

MAGNIFICAE CIVITATIS SPO LETI. LIBER PRIMVS.

M. D. XXXXII.

LEC Jura municipalia: statuta: ⁊ decreta generalis consilij Magnificae ciuitatis Spoleti Mendis fere innumeris. Quibus hactenus squallebāt: reiectis: exacte recognita. Atq; omni ex parte adamussim castigata per clariss. viros: ac vtraq; censura peritiss. Sebastianum Syllanum: Andream Parentiuz: Jo. Antoniuz: Antoniū Jo. Baptistā Leoncillū: Saluatorē Guelphum: Petrum Vincentium Zacchaeum: Ac eximios causarum patronos Benedictum Zuccharum: per Hieronymū Delphinū: Donatuz Rodulphum: ⁊ Paulum Martanū: a Spoleto: Nec nō additionibus cuz primis: Tum secundis: contextui sub his signis ( ) ordine congruo insertis: Decorata: Quas in margine sub stellae imagunculae asteriſco: praenotatas inuenies. Anno a virgineo partu sesquimillesimo quadragesimo secundo: Pontificatus sanctiss. in Christo Patris Pauli Tertij Pontificis: Maximi. Anno octauo.

Nunc primum typis calcographis excussa:
In omnium vtilitatem in lucem:
prodeunt.

Distichon.

Recte vrbem instituūt: Plectunt: Moderantur: Honorant:
Poena: Aequo: Donis: Crimina: Jura: Probos.

LIBER PRIMVS

STATVTORVM

MAGNIFICE CIVITATIS SPOLETI.

IN NOMINE DOMINI AMEN: Quoniam qui ſine ſaluatore ſalutem habere, & ſine uera ſapientia eſtimat ſe Prudentem, non ſapiens ſed demens: nō ſanus ſed æger, in anxietate, ac cæcitate nimia permanebit. Ideo in principio eorum quæ aguntur nomē Domini noſtri Ieſu Chriſti, quod quando recolimus flectere debemus genua ſaltem cordis, ſuppliciter, & humiliter inuocetur, ut ſui ſola clementia & uirtute ad ſui reuerentiam, & honorē, pacem perpetuā, ſtatum pacificum & tranquillum Ciuitatis Spoleti, eiuſq; comitatus & diſtrictus & ciuium dirigat, diſponat, & ordinet quæ ſequuntur.

EFfrenata cupiditas, pacis æmula, mater litium, iurgiorum materia, tot producit ſcandala q; niſi iuſtitia eius conatus reprimeret concordia extra mundi terminos exularet. Et licet olim lura ſint prodita ut appetitus hominum noxius anguſtetur, quia tamen nulla iuris ſanctio quantūcunq; perpēſo digeſta cōſilio: ad humanæ naturæ uarietatem, & machinationes eius inopinabiles ſufficit, nec ad deciſionē lucidam ſuæ nodoſæ ambiguitatis attingit: cum ab adoleſcentia ſenſualitas humana declinet uergat & urgeat ad malum, & ſecundum uarietatē tempoꝝ ſtatuta quoq; uariētur humana. Pro eo q; nouis morbis noua cōuenit antidota præparare. Ideo reſecatis ſuperfluis, ſimilibus, & cōtrariis in ſtatutorum & breuium ciuitatis prædictæ codicibus inuolutis præſens ſtatutoꝝ & breue populi Ciuitatis Spoleti eiuſq; teritorii, & diſtrictus Ad honorem & reuerentiam, atq; laudem omnipotentis Dei & gloriosiſſimæ uirginis Matris eius, ſub cuius tutela, Potenti ſuffragio cōmune, & populus ciuitatis præfatæ defenditur: & in pace tranquilla ſuorum interuentu precaminum gubernatur. & beatorum apoſtolorum Petri & Pauli, & beati Ioannis olim archiepiſcopi ſpoletani, & ſanctorum Gregorii, Abundantiæ, & Pontiani, & beatiſſimi Michaelis, Archangeli, & beati Britii & omnium ſanctorum dei. Necnon ad honorē & reuerentiam ſacroſanctæ Romanæ eccleſiæ, & ſanctiſſimi Patris & Domini noſtri domini Pape & ad honorem Magnificentiam, unitatem, ſtatum pacificum, & tranquillum communis, populi, populariū, & ciuium, Artium, & Artificum: & partis guelfæ: ciuitatis & comitatus eiuſdem; & in fauorem, & Augumentum popularis ſtatus, & pacis perpetuæ eorundem.

SAPIENTES & prouidi uiri Duchittus alexii, cola Angelitti, Petrutius uicti, Iacobutius petrutii, ciccus Domini Bartholi, & cola Alexandri ciues honorabiles Spoleti ſtatutarii, cōpilatores: ordinatores, & conditores legis municipalis, ſtatutorum, & breuis communis, & populi Spoletani: ad hæc aſsumpti poſiti, & electi per oportuna cōſilia ciuitatis præfatæ, per que in hac parte totius communis & populi uires gerunt. De conſilio nobilis & ſapientis uiri Domini Bartoli Saxi de Gualdo decretorum Doctoris: ex auctoritate, & baylia eiſdem conceſſa in infraſcripta ſerie & forma duxerunt ſolenniter ordinandū. Statuētes, ac unanimiter ordinantes q; omnia & ſingula infraſcripta capitula & in eis cōtenta cōmuniter & diuiſim in ciuitate Spoleti, eiuſq; comitatu, teritorio & diſtrictu: A, die infraſcriptæ aperturæ, & publicatiōis inantea, put ſcripta & publicata apparent manu mei maſſei couicti: Franciſchitti de Spoleto notarii: & apparent in alio uolumine ſimilium ſtatutorum manu ſer Matthei Petri de Gualdo notarii ad dictum ſtatutum: & breue per ipſos ſtatutarios, ac cōmune ſcribendū legitime deputati, pro legibus, ſtatuto, & breui haberi, & teneri ab omnibus debeāt & inuiolabiliter obſeruari: & q; durent: & firma permaneant quouſq; fuerint iuridice reuocata, & omnibus aliis capitulis ſtatutorum, & breuis populi prouiſionibus, ordinamentis, decretis, & reformationibus in hoc uolumine non inſertis prevaleant & robur efficax debeant obtinere.

STATVTORVM

De aduentu Potestatis: & suorum officialium: & eorum officio. Cap. 1.

QVONIAM totius familiæ status, & ordo mutatur si quod membris requiritur nõ inuenitur in capite. Ideo. A. Dño Potestate uelut, a, digniori capite inchoantes. ut eius integritas atq; ordo salutem generet subditorum, Prædicti Dñi statutarii statuerunt, & ordinauerunt q; potestas ciuitatis Spoleti qui pro tempore fuerit, quattuor diebus ante initium sui regiminis uenire debeat & esse in Ciuitate Spoleti cum infrascriptis suis officialibus & familia, & q; tam ipse q; etiam sui officiales sint & esse debeant fideles sacrosanctæ Romanæ ecclesiæ & partis guelfæ, & habeat, & habere teneatur toto tẽpore sui regiminis in Ciuitate Spoleti duos Iudices iurisperitos & quinq; notarios in arte tabellionatus expertos: duos sotios siue milites litteratos: sex domicellos uiginti famulos siue berruarios, dictæ ciuitatis & popularis status zelatores & sex equos. quoꝝ quatuor sint armigeri: & ipsorum ludicũ unus sit ad maleficia, & super damnis datis cum duobus ex dictis Notariis ad scribendum maleficia & spectantia ad ea Et tertius Notarius ad officiũ damnorum datorum sit cum Iudice supradicto. Alius uero Iudex sit & esse debeat ad ciuilia & super causis ciuilibus ciuitatis: & comitatus eiusdem. Quartus Notarius sit ad extraordinaria cum uno ex dictis militibus super exigendis impositis, & imponẽdis collectis: & super executionibus condẽnationũ factarum & faciendaꝝ tempore sui officii, quas ubi fideiussores interuenerint in processibus unde emanant si non fuerit executus tam potestas quam ipse miles & eorum q;libet cẽtũ lib. deñ. pœnã incurrant, in qbus cõdemnẽtur tempore sindicatus, & de ipsis condemnationibus tantũ percipiat potestas salarium & non aliunde si habere potest ad dictam pœnã ut eas cũ effectu exequatur in personis & rebus prout casus exigit & requirit. Et etiã super rimationem illorum qui arma portarent cõtra formã præsentiũ statutoꝝ * (qui etiam notarius extraordinariorum habeat iurisditionẽ cognitionem & potestatem super aqs fontibus aqueductibus pontibus & uiis ciuitatis & comitatus Spoleti: in oibus & per oia put habet unus ex notariis assessoris. D. Prioꝝ, ut continetur infra. xviii. cap. pñtis libri sub rubrica de electione assessoris. D. Priorum & prædicta p̃fati. D Potestas & Vicarius faciant per ipsos notarios solẽniter exercere sub pœna xxv. lib & præstiti iuramenti.) Alius uero miles cum alio notario sit & esse debeat tam de die quã de nocte super custodia ciuitatis: cum diligenti sollicitudine quãta decet, & super oĩbus aliis quæ sibi uel eis per dictũ Potestatẽ, uel Priores populi mandarentur. Ipsorũ autẽ officialiũ nullus sit exititius suæ terræ uel de terra qua oriundus esset, expulsus nec qui fuerit in officio aliquo in ciuitate Spoleti a quinq; annis citra aliás tam potestas ipsum ducens quam ipse ductꝰ in centũ libris deñ. p quolibet sindicatus tempore condemnetur Notarii aũt prædicti oẽs & singulas scripturas in quintã diem postquã ordinatæ fuerint mittere debeãt ad quinternũ & copiã de scripturis prædictis facere debeãt cuilibet postulanti nec pro prima seu secunda scriptura mercedem recipiant quoquomodo: nec ipsi nec alius officialis potestatis pro aliquo officio exercendo in ciuitate, & comitatu prædictis aliquid possit recipere uel habere. Potestas uero cum oĩbus supradictis suis officialibus familiaribus: & equis stare & morari debeant personaliter dictis quatuor diebus & sex mensibus in officio, & finitis sex mensibus tam ipse quã oẽs sui officiales: & familiares stare debeant ad syndicatũ: & rõnem reddere de ipsorũ officio, & de his oĩbus quæ in dicto officio ministrarunt, & administrare debuerunt coram officialibus seu syndicatoribus eligendis per cõe Spoleti ad syndicandũ officiales p̃dictos coram qbus ea Die qua fuerit citatus cum oĩbus antedictis suis officialibus & familiaribus personaliter comparebit dictoꝝ syndicatorũ mandatis effectualiter pariturus, & toto dicto tempore & octo diebus post finem sui officii immediate sequentibus cũ oĩbus suis officialibus, & familia stabit in dicta ciuitate & inde nõ discedet nisi primo fuerit absolutus uel condemnatus, saluo q; in comitatum familiam mittere possit p suo officio exercendo & suis expensis prout & sicut eisdem conceditur per formam statutorum. In super ipse potestas pro suis omnibus officialibus, & familia atq; equis erit contentus suo salario, & plus nõ petet nec recipiet directe uel indirecte, a cõmuni uel alia speciali persona. Salariũ eidem potestati debitũ singulis duobus mensibus pro rata temporis persoluatur, & nõ possit dictus potestas uel aliquis suus officialis aliquod arbitrium in dicta ciuitate & comitatu petere uel habere, & si qua fecerit uigore alicuius arbitrii quod sibi concederetur aliter quã per formã præsentis statuti: sit irritum ipso Iure Dictus autẽ potestas & oẽs sui officiales & familiares ueniant & stent omni eorũ risco periculo & fortuna scilicet aquæ ignis furti robbariæ incursus hostiũ &

* Ex addi. secundis. c. 16.

omnium

omnium aliorum casuum fortuitorum qui sibi quomodolibet euenirent, qui pro expressis & declaratis penitus habeantur, ac si essent hic serioſe & per ordinē declarati, & habitationē sibi deputatam debeat ab omni incendio custodire, alias cū nō posset euenire absq; sua officialiū & familiæ culpa ad cōseruandū indemne cōmune Spoleti, & in quingentis libris denō syndicatus tēpore condēnetur, & omnia & singula supradicta dictus Dñs Potestas, & alii sui officiales & quilibet ipsoꝝ quibus aliqd per supradictū capitulū fieri mandaretur, seu etiā inhiberetur teneantur & debeant obseruare uinculo iuramenti: & pœna in statuto contenta pro qualibet uice, in qua syndicatus tempore condēnentur (quæ etiam seruentur & locum habeant * in uicario seu uice potestate dictæ ciuitatis & eius officio, ac officialibus prætersq; in illis, in qbus sit uel fuerit aliter expresse & specialiter prouisum.)

* Ex secūdis addica i.

De Iuramento Potestatis iudicū Appellationū & Vicarii seu uice Potestatis. Cap. II.

DEI NOMINE inuocato ego potestas ciuitatis Spoleti comitatus & districtus eiusdem iuro, & iuramento promitto ciuitatis Spoleti eiusq; comitatus & districtus libertatē honorē iurisditionē & statū pacificum ipsius toto tempore mei regiminis regere manutenere & augumētare proposse, & defendere & conseruare populū & populares personas ciuitatis: & comitatus eiusdē cōsiliū populi offm̄ Dñoꝝ Prioꝝ & artes, & artifices dictæ ciuitatis, statuta oīa reformationes ordinamenta ꝓuisiones, & decreta facta, & in futurū facienda per ipsos Dños Priores, & cōsiliū populi, & per quoscunq; authoritatem hñtes attendere, & effectualiter obseruare, & toto tempore mei regiminis, cum tota mea familia & equis stare & moram trahere in ciuitate prædicta, nisi irem causa dicti cōmunis & cū licentia oportuna, uel nisi mea familia iret in comitatum pro officio exercēdo, scdm quod mihi erit cōcessum, ut ipsam possim transmittere cuilibet petenti: lus & iustitiam faciā, & per meos officiales faciam fieri, & ipsam nemini denegabo, & maxime orphanis, uiduis, pupillis, & miserabilibus personis, manutenebo & pro posse defendā loca sacra, religiosa, & pia ciuitatis & comitatus prædictoꝝ hæreticos scysmaticos, eorumq; receptatores, & fautores, malefactores, & alios homines male conditiones puniā, & persequar iuxta iuris censurā, & nō recipiā nec recipi faciā a cōmuni Spoleti, uel ab alia speciali persona aliquod domum, uel aliquid aliud cōtra formā statutorū, exbannitos rebelles, & aduersarios cōmunis Spoleti pro posse habere in meam fortiā procurabo: & eos puniā prout fuerit consonū rationi collectas impositas, & imponendas non solutas, & cōdemnationes & omnes redditus cōis prædicti exequar, & ad manus camerarii cōmunis, & nō alterius personæ faciā peruenire, & nō permittā nec petā me syndicari durante meo officio, sed ipso finito, stabo octo diebus in dicta ciuitate ad reddēdū rōnē plenariā administrationis mei officii corā officialibus ad hoc deputatis, & de dicta ciuitate nō discedam nisi primo fuero a dictis syndicatoribus absolutus seu sententialr condemnatus, & ubi fieret condemnatio cōtra me uel meos officiales quantitatem condemnationis persoluā, & ab ipsa condemnatione nō reclamabo nec cōtra ipsam aliquid obiciam uel opponā per quod ipsius executio impediatur, seu aliqualiter retardetur. Vigentem pacem in dicta ciuitate & pacta pacis inita inter quoscunq; Spoletanos manutenebo, & conseruabo, & contrafacientes ad posse puniam & compellam, & procurabo ꝙ in ipsa ciuitate & comitatu pax uigeat & popularis status, credētias mihi impositas per me & meos officiales nullatenus reuelabo. Quod mihi aliquod arbitriū concedatur nō petā, Circa custodiam ciuitatis & castrorū arcium, & fortelitiorū, comitatus, & districtus ciuitatis prædictæ per me. & meos officiales & familiares ero sollicitus & attentus, Et mittā familiā de die & de nocte pro custodia ciuitatis & burgoꝝ, & rimando pro euntibus, & facientibus cōtra formam statutoꝝ, Insuper iuro ꝙ sum fidelis sacrosanctæ Ro. ecclesiæ & partis guelfæ, & quod generalr oīa & singula faciā, & per meos officiales faciam fieri ad quæ teneor, & tenentur uigore alicuius statuti, uel reformationis dicti cōis & maxime statutoꝝ in hoc uolumine cōprehensoꝝ in fauorē ciuiū, & specialiū psonaꝝ. Et oīa faciā & fieri curabo ab ipsis meis officialibus, & familiaribus bene & legaliter puris manibus fideliter, & sollicite Amotis odio, amore, precio, precibus, fraude timore lucris illicitis, & omni alia humana gratia. Sic deus me adiuuet ad sancta dei euangelia super statutis clausis dicti cōmunis ipsis per me corporaliter manu tactis. Et idem iuramentum faciat capitaneus iudex appellationum Vicarius seu uicepotestas omissis his quæ ad ipsorum officium non spectant.

III v

De Iuramento Iudicum, & q̃ per se ipsos debeant testes examinare. Cap. III.

IVDICES Domini Potestatis iurent ad sancta dei euangelia in consilio populi primo die ipsorum officii officium eorum ad quod erunt deputati bona fide atq; sollicite exercere secundum formã statutorũ cõis Spoleti: & ubi ipsa statuta non loquentur secundũ formã capitulorũ insertorum, & dare consiliũ ipsi Dño Potestati Dñis Prioribus, & cõi Spoleti quotiescũq; petitũ fuerit prout iustitia suadebit, & credentias eis impositas tenere secretas omni fraude, & dolo cessante, & diffinire lites, causas & questiones tam motas q̃ mouendas prout tenentur, & debent secundũ formã statutoꝝ. Et q̃ testes examinabũt per se ipsos in palatio, uel in loco ubi iura per eosdẽ redduntur pro cõi prædicto, nisi essent mulieres honestæ uel aliæ pſonæ infirmæ uel iusto impedimẽto grauatæ quæ pducerentur in testes, quas examinare possint in ecclesia, uel alio loco congruo, & honesto. Saluo q̃ in ciuilibus in casu in quo infra concederetur, alteri possit examinatio committi testiũ prædictorum: & facient scribi dicta testium per Notarios ad hac deputatos aliter ipsa receptio examinatio & commissio nõ ualeat ipso iure: Et q̃ assẽtiẽt iustis sententiis & q̃ dissentient iniustis, manus puras habebunt, & nihil recipiẽt, a, cõmuni Spoleti uel ab alia speciali persona occasione ipsorum officii. Omnes accusationes & denuntiationes, quæ corã eis dabuntur recipient & mitti facient ad quinternum infra quintũ Diem post exhibitionẽ ipsarũ, & idẽ facient de omnibus defensionibus Articulis depositionibus testium, & aliis quibuscunq; actis tandis in officio corã eis, & iustitiã facient omnibus petentibus dilationes & terminos dabunt secundũ formã statutorum: & q̃ nullũ grauabunt contra ius, & iustitiam: uel leges municipales Spoleti, Copiam eorũ facient: & sedebunt ap ban cũ iuris horis & temporibus debitis, prout tenentur secundũ formã statutorũ. Et erunt Attenti, & circunspecti circa corruptores qui eos per sordes uel alio modo reprobo corrumpere attentarẽt, & ipsos rectoribus cõis Spoleti, Dñis Prioribus, & consilio populi reuelare & pro posse curare q̃ culpabiles in prædictis pœna debita puniantur. Et si contrafecerint in prædictis uel aliquo prædictorũ in quinquaginta libris deñ. pro quolibet puniantur: ubi non esset alia pœna expressa. Et generaliter omnia & singula faciẽt quæ ad eorũ officium spectant per formã statutorũ: & q̃ semper totis conatibus operabuntur q̃ pax uigeat in ciuitate Spoleti & popularis status, & solliciti erunt punire offendentes quomodolibet populares.

De iuramento militum seu sociorum Domini Potestatis. Cap. IIII.

MILITES seu socii Dñi Potestatis prima die ipsorum officii in consilio populi Iurent ad sancta dei euangelia tactis corporaliter scripturis, q̃ eorũ officium faciẽt bona fide secũdũ statuta & ordinamẽta ciuitatis Spoleti. & cõstringẽt in ære & pſona omnes cõdemnatos communis Spoleti & fideiussores eorum donec ipsas cõdemnationes soluerint cum effectu: postq̃ in rem transiuerint iudicatam. Omnes collectas impositas, & imponẽdas per cõe Spoleti, & oẽs alios introitus, & prouentus debitos dicto cõmuni deuenire facient ad manus Camerarii cõis & nõ ad aliam personã Custodiã de die, & de nocte per ciuitatẽ Spoleti, & eius comitatũ & districtum ubi fuerit necessariũ facient, & fieri facient per familiã Potestatis, malefactores, & exbannitos cõis Spoleti capient & capi faciens iuxta posse. Et ad hoc ut premiorum intuitu ad ipsos capiendos propensius animentur, habeat Dñs Potestas & habere debeat de pecunia & ære dicti cõmunis pro quolibet cõdemnato & exbannito in persona capto per suos officiales & familiam & ducto in fortiã ipsius, & cõmunis prædicti facta executione personali de eodẽ qnquaginta libras deñ, Et pro quolibet exbannito, & cõdẽnato in mẽbris capto & executione facta in mẽbro Triginta libras deñ. & pro quolibet exbannito & cõdemnato in pecunia capto facta executione de cõdemnatione duos solidos denarioꝝ p quolibet libra, eius quod deuenire faciet in cõi, quos duos solidos p libra soluat dictus cõdẽnatus ultra cõdẽnationẽ de ipso factã & ultra illud quod soluet in cõmuni, ita q̃ de cõdemnatione nihil diminuatur cõmuni, dummodo hoc nõ uendicet sibi locum in cõdemnatis & exbannitis tempore sui regiminis. Et q̃ discutient & discuti facient tabernas, & tabernarios uendẽtes uinum, & alios uendentes carnes panem, & alia uictualia & tenentes pondera, & mensuras non iustas & nõ sigillatas sigillo cõis Mulieres portantis ornamẽta & alia uetita, & facientes corruptũ & clamosas lamẽtationes ad mortuũ, & hoies uociferãtes

capillum

capillum faciem, seu uestem laniantes quotiens sciuerint in aliqua parte ciuitatis aliquem mortuum esse maxime hora qua defunctus debeat ad ecclesiam deportari. Et ludentes ad Taxillos, & ad ludum prohibitum & portantis arma uetita de die, & de nocte contra formam statutorũ quotiens opus fuerit adminus qualibet die semel: & persequentur malefactores & cõmittentes maleficia iuxta posse, & generaliter omne aliud officiũ facient, & exercebunt ad quod tenentur secundũ formã statutorũ, uel quod eis per Dñm Potestatẽ & Dños Priores populi committetur in posterũ. Et oẽs uias publicas uicinales, & plateas rimari facient & mũdari. Et q̃, a, cõmuni & specialibus personis nõ recipient aliquid per directũ uel obliquum Credentias eis impositas nõ manifestabunt bona, & æra cõis saluabunt Dños Priores, & consiliũ populi, capitaneos artium & populares personas in eorum libertatibus honoribus: & statu pacifico cõseruabunt, & ad posse defendent. Et in omnibus eorũ officiũ exercebunt absq̃ dolo fraude, odio, amore, precio, precibus, uel timore.

De Iuramento Notariorum Domini potestates, domiccellorum Berruariorum eiusdem, & de quibusdam spectantibus ad ipsorum officiorum. Cap̃. V.

NOTARII Potestatis in consilio populi iurent ad sancta dei euangelia tactis corporalr scripturis fidelr, & sollicite scribere accusationes, Inquisitiones, uel denumptiationes, nec non recipere petitiones quæ porrigentur coram iudice sub quo ad eius bancũ fuerint deputati, Ita tamen q̃ nihil scribant in actis sine ipsius iudicis conscientia: & nõ recipiant aliquã accusationẽ uel denumptiationẽ nisi de conscientia iudicis maleficiorũ, & potestatis & nõ pandent processus aliquos ante testiũ aperturã, nec alia secreta curiæ, & cõis Spoleti, & oẽs scripturas ordinate ponent ad quinternum infra quintũ diem & oĩum actorũ copiã petenti cuilibet erogabunt ea die uel sequenti qua petita fuerit. Et nihil, a, cõmuni uel speciali persona pro primis uel secundis scripturis recipient quoquomodo, & oĩa & singula facient ad quæ tenentur, & debent ex forma statutorũ, & quæ per Dñm Potestatẽ seu Priores populi cõmittentur eisdem, contrauero faciẽtes ubi alia pœna nõ esset expressa in prædictis uel aliquo prædictorũ in libris deñ. qnquaginta uice qualibet condemnentur Omnes quoq̃ domicelli & berruarii potestatis p̃dicti iurent quecunq̃ eis et cuilibet ipsorũ incumbentia fideliter exercere: & ad custodiã ciuitatis, & ad capiẽdũ malefactores & ad rimandũ, p ludentibus ad Taxillos, & portantibus arma uetita & exercẽtibus alia prohibita sollicitos se habere, & de his quæ inuenerint uerã faciẽt relationẽ. Et q̃ nihil recipient ultra q̃ eis concedatur, a, cõmuni seu singulari persona Et q̃ pacem cõmunis Spoleti Dominos Priores, & statum popularem, totis uiribus defensabunt.

Quod in ciuitate Spoleti sit & esse debeat unus populus & de ipsius iurisditione. Cap̃. VI.

CVM Commune Spoleti retroactis tẽporibus inimico humani generis suadente, & operãte zizaniãq̃ seminãte, fuerit ppter partialitates diuisum, & inter ciues ipsius ciuitatis seditiones & discordiæ fuerint exortæ Et sit scriptũ oẽ regnũ in se diuisum desolabitur. Ideo ut in unitate uigeat & pacis Tranquillitate populus cõseruet, maxime p̃ntibus tẽporibus qbus inter quoscũq̃ ciues extirpata sunt iurgia, & pacis amenæ seminatæ uirtutes, statuerũt, & ordinauerũt dicti statutarii q̃ ciuitas Spoleti eiusq̃ comitatus, teritoriũ, & districtus, & oĩa iura, & iurisditiones eiusdẽ uniuersalr, & singulr regant, & gubernentur & manuteneantur ad populũ, & per populũ, populares, & artifices psonas ciuitatis p̃dictæ. Et q̃ ipse populus, populares, artes, & artifices ipsius habeant & habere intelligant oẽ regimen, omnẽq̃ iurisditionẽ, bayliã authoritatẽ, potestatẽ, & liberũ arbitriũ qd, & quã totus ipsum cõe, & tota uniuersitas hoĩum ciuitatis, & comitatus eiusdẽ habent, & habere hactenus cõsueuerũt, quocũq̃ iure mõ uel forma. Et q̃ dictũ regimen, iurisditio authoritas imperiũ, & potestas pleno iure, & ĩmediate spectet & p̃tineat ad ipsum populũ populares artis, artifices ciuitatis præfatæ perpetuo diuina mediãte gratia duraturũ, Cassantes, & adnullantes omne arbitrium libertatem, iurisditionem: & quamcunq̃ immunitatem datum & datas concessum & concessas alicui singulari personæ cuiuscunq̃ conditionis existat per hoc tñ capitulum non intelligantur cassæ & annullatæ immunitates quæ per Dominos Priores capitaneos artium & cõsiliũ populi declararentur Debere in suo firmitatis robore permanere:

pactis factis inter intrinsecos remanentibus semper firmis, quæ pacta inferius in hoc uolumine describentur.

De Iuramento & ꝑmissionibus faciendis per populares Ciuitatis Spoleti. Cap. VII.

PER Dños Priores populi infra mensem post publicationē præsentiū statutoꝝ sub pœna, & ad pœnā qngētaꝝ lib den. ꝑ quolibet qui cōtrafecerit fiat & fieri debeat unus liber in quo scribantur, & scribi debeant noīa illorū populariū & artificū ciuitatis Spoleti, quoꝝ ipsis Priori bus uidebitur cōuenire & postꝙ sic fuerint scripti faciāt dicti Dñi Priores, & operent cū effectu, ꝙ omnes & singuli sic scripti compareant, & personaliter ueniant coram ipsis infra terminū octo dierū: & quilibet ex ipsis iuret ad sancta Dei Euangelia tactis scripturis, officiū prioratus populū & artes dictæ ciuitatis, & popularem statū ipsius manutenere, & augumentare in bono & pacifi co statu iuxta posse & uelle, ac operari ꝙ in ciuitate Spoleti manuteneatur Iustitia, & unicuiꝙ red datur ius suum, & nō permittere ꝙ dictus populus & popularis status deuastetur, seu in aliquo cōfundatur, Et manutenere, & augere de bono in melius ciuitatem Spoleti, comitatum, iurisdi tionē & libertatem ipsius & sequi potestatem confaloneriū & Priores, & dare eis auxiliū cōsiliū & fauorem, ut maleficia puniantur, & ut pœnæ impositæ pro maleficiis exequantur. Et si accide ret, (quod deus auertat) quod aliquis rumor esset, uel fieret in ciuitate Spoleti: per quē status pa cificus, & popularis posset turbari, trahere ad Dños Priores & ad palatiū populi & ipsos seq, & eorum mandatis pro tutela & defensione dicti pacifici & popularis status totaliter obedire & de dicto loco nō recedere donec dictus rumor esset sedatus, uel haberent aliud iu mandatis, & nō sequi uel trahere ad aliqué, uel aliquam personā nobilem, uel populare. Et si ad eius notitiā per uenerit quod aliqs, uel aliqui rraherent, uel ordinarent aliqd contra ciuiratē præfatā, eius statū pacificū, & populare hoc. D Prioribus sine moræ diffugio nunciabit. Et si ordinaretur per ipsos Dños Priores ꝙ ad pulsationē certæ campanæ uel alio dato signo dicti Iurati debeant accedere ad palatium populi, uel alium certum locum, ꝙ statim audita campana uel alio signo illuc acce dant sine temporis interuallo, & siquis recusauerit dictū iuramentū præstare uel postꝙ Iurauerit non adimpleuit quod Iurauit in quingentis libris den. qualibet uice condēnetur: quā cōdemna tionē si soluere nō poterit sibi pes totaliter amputetur, & de hiis potestas ad pœnam centum li brarum denariorum Inquirere teneatur.

De electione Dominorum Priorum & ipsorum officio. Cap. VIII.

QVIA officium D. Priorum populi Ciuitatis Spoleti ꝙ utile, & necessarium per antiquissima tēpora compertum est. Ideo prædicti statutarii statuerunt, & ordinauerunt pro pacifico statu populi eiusdē ciuitatis, ꝙ Dñi Priores populi ciuitatis prædictæ sint, & esse debeāt numero sex & singulis duobus mensibus extra hendi more solito, & iuxta ordinationē noui bu xuli incepti kalendis Maii. M.D. xxxviii. pro duodecim annis de cophino posito in sacrario seu sacristia cathedralis ecclesiæ Spoletanæ qui cophinus sit, & esse debeat clausus tribus seris cum tribus clauibus, quarum unam teneant D. Priores, aliam teneat Prior fratrū sancti Nicolai, & tertiam Prior fratrum prædicatoꝝ, & sigillatus sigillo ipsorum. D. Prioꝝ, & sic, sit, & esse debeat clausus & sigillatus in posterū, Officiū aūt ipsorū, D. Priorum duret ut præmittitur duobus mē sibus. Qui habeant pro eorū expensis solitum & consuetum salarium & modo & forma quibus hactenus seruatum fuit. Et qui sunt in dicto officio prioratus decem diebus ante finē eoꝝ officii faciant alios extrahere de cophino prædicto pro aliis duobus mensibus. Et sic quibuslibet duo bus mensibus extrahantur, quousqꝙ cedulæ scriptæ quæ iacent in dicto cophino durabunt, & totaliter extractæ fuerint. Et si ipsorum priorum aliquis moreretur, ita ꝙ eorum nume rus non esset impletus, uel aliquis esset absens, ita ꝙ non posset commode moram trahere cum eisdem, quodqꝙ ipsorum sex numerus imminutus esset uice illius mortui uel absentis de dicto cophino extrahatur unus uel plures sicut casus attulerit, de substitutis in loco deficien tium secundum ordinem buxuli seu consilii de uaita illa de qua mortuus fuerit siue absens. Et si substi tuti seu suffecti in loco deficientiū uel mortuorum, uel (ut uulgo dicunt) spicciulati dece rent uel in dicto cophino non reperirentur antequā omnes Prioratus qui sunt in dicto cophino

in totum

in totum per ordinem sint extracti: q remanentes libere exercere ualeant officium Prioratus, ac si aliqui nō essent mortui uel absentes. Et illi qui sunt in dicto cophino positi pro Prioribus et ēt in loco deficientium uel absentium substituti uel suffecti quando casus euenerit sint Priores populi Spoletini & exerceant & exercere ualeant officium prioratus, & quæ facient ualeant tanq̄, a/ueris & legitimis prioribus facta forent: morte uel absentia unius uel plurium nō obstante Ipsi uero. D Priores semper habeant inter se de ipsorum numero unum Priorem quem eligant hoc modo, Nam prima die introitus ipsorū officii faciant tot breuia quot sunt ipsi. D, Priores in quibus sint scripta nomina ipsorū scilicet in quolibet unum nomen: & ipsa breuia ponantur in quadam urna seu bachili & de dicta urna pro primo extrahatur unū & ille cuius nomen scriptum reperiretur in breui sic extracto: sit prior & retineat bullectam prorata temporis. Ita q̄ quilibet eor̄ habeat bullectam & sit prior tanto tempote, usq; ad finem officii. Et ille qui habebit bullectam possit alios socios congregare ad suum libitum, & inter eos proponere & reformare: & in nullo habeat maiorem authoritatem aliis suis sotiis, Teneatur autē dictus prior uinculo luramenti & ad pœnā centum sol̄ quoties contrafecerit, saltē semel in die omnes suos sotios in palatio residentes congregare, & inter eos proponere si est aliquid faciendum pro utilitate cōmunis. Et ut maleficia puniantur uel pro statu pacifico & populari dictæ ciuitatis: & id quod erit inter eos deliberatum faciat statim executioni mandare. Et recepta copia alicuius inquisitionis uel denūptiationis factæ per alium q̄ per iniuriatū, a, Dño Potestate teneatur mittere pro iniuriato & una cū assesore eis deputato ab ipso exquirere ueritatē maleficii quod diceretur in suam personā cōmissum & recipere ab ipso nomina testium quos diceret de dicto maleficio scire ueritatem: & ipsorū testium nomina mittere potestati seu ludici maleficiorum, atq; ei scribere uel oretenus dicere q̄ ipsos testes examinet super ipsa inquisitione uel denūptiatione, q̄ si in p̄dictis fuerit negligens, & nō adimpleuerit quæ superius describuntur: in decem lib. deñ pro qualibet uice condemnetur & eandem pœnā incurrant omnes, & singuli priores qui se ipsos, & aliquem ipsorum eligerent ad aliquod officium in cōmuni uel aliud unde sibi salarium, a, cōmuni uel specialibus personis deberetur. Et faciant ipsi D. priores fieri exactiones collectarū impositarum, & imponendarū ad pœnā xxv. lib. deñ. p quolibet Dicti aūt Priores dictum palatiū populi die ac nocte nō exeāt pro facto alicuius specialis personæ nec ad potestatem seu alium officialem accedant: nisi primo deliberetur q̄ possint ad ipsos accedere & causam quare uadant exprimant quā causam eidē officiali proponant. & non aliam sub pœna decē lib. deñ. p quolibet & qualibet uice qua contrafecerint in prædictis. Extractis aūt oibus prioribus qui in dicto cophino existerēt Qui ultimo loco extracti fuerint per unum mēsem ante finem ipsorum officii: uinculo iuramēti & pœna, xxv. lib. deñ pro quolibet teneantur & debeant cōsilium populi facere congregare: in quo intersint ipsi. D. Priores consiliarii populi capitanei artiū. Tres de bullectis, & tres super p̄positis uel duæ partes ipsorum ad minus, & in ipso consilio p̄ponant de noua electione Dñor̄ Prior̄ & pro quanto tempore, & si in maiori uel minori numero eligi debeant in futurum, & q̄cq̄d per ipsos consiliarios, capitaneos, & alios supradictos p̄ntes in dicto consilio: uel duas partes ipsorum fuerit deliberatum uel ordinatum circa predictam electionē ualeat, & teneat: ac si deliberatum & ordinatum esset per totū cōmune ciuitatis prædictæ. Teneantur aūt dicti D. Priores simul stare morari & habitare in palatio populi constricti & ibidem comedere & bibere. Nullus aūt ipsorū. D. Prior̄ Procuret per se uel alios suos sotios aliquem suum consanguineum eligere ad aliquod officium cum salario. siue electio fiat pro tempore quo durat officiū: siue pro alio tempore subsequenti. & si contra factum fuerit non ualeat ipso iure: & in. xxv libris deñ. tam eligens quam electus si acceptauerit pro quolibet condemnetur, & simili pœnæ subiaceat qui ultra dictū salarium aliqd reciperet uel haberet. Nec possit se immiscere in causis quæ essent inter aliquos ciues ciuitatis & comitatus Spoleti: nec aliquem ciuem cōstringere uel carcerare nec detineri facere sine consensu, & deliberatione quæ fiat ad buxulas & pallutas oium suor̄ sotiorū uel duarū partiū ex ipsis, & q̄libet contrafaciens in. xxv. lib, deñ. uice qualibet condemnetur.

De forma iuramenti præstandi per Dominos Priores populi, Cap̄. IX.

IVRent prædicti. D. Priores & ipsor̄ q̄libet corpal̄r tactis scripturis eorū offīo fidel̄r & legal̄t exercere, & q̄ uigilāti studio opabūt̄ & faciēt oia q̄ poterūt, ut pacific⁹ stat⁹ pp̄laris de bono in

melius augumentetur. Et ꝙ erunt prompti & ſolliciti ut maleficia puniantur. Et ꝙ omnem honorem, luriſdictionē, lura immunitates, & priuilegia cōmunis Spoleti cōſeruabūt. Et ꝙ pecunia, & æs cōis non permittent ꝙ indebite expendātur. Et quod omnibus, & ſingulis fiat iuſtitia, & ꝙ nullus cōtra ius, & iuſtitiam opprimatur. Et ꝙ non ſequentur partialitatē aliquā, ſed ſtatū popularem. Et ꝙ de pecunia, & ære cōis nihil percipient ultra quantum ſit eis conceſſum, uel alterius ſingularis perſonæ. Et ꝙ ſe ipſos, uel aliquem eoꝝ cōſanguineum nō eligent ad aliquod officium Et ꝙ non comedent ſeu bibent cum aliquo ciue ſpoletano in palatio populi, nec alibi quam indomo propria, donec erunt in officio prioratus, Et generaliter ꝙ facient & obſeruabūt omnia & ſingula contenta ſupra in proximo capꝰo loquente de ipſorum electione, & ad que tenentur ſecundum formam ſtatutorum, ordinamentorum, reformationum, conſuetudinis, & capitulorum dictæ ciuitatis remotis odio, amore, precio, precibus, Timore, & omni humana gratia.

De electione & imbuxulatione capitaneorum artium. Cap. 10.

CAPITANEORVM artium ſex mēſibus duret offm̄, qui in renouatione buſſuli debeāt cum aliis officialibus per hñtes authoritatē in ipſo buxulo imbuxulari. videlicet de qualibet arte duo preter quā de collegio aduocatoꝝ, ꝓcuratoꝝ & notarioꝝ de quo debeant eſſe tres uidelicet vnus aduocatus, unus ꝓcurator, & unus notarius & de ſex mēſibus in ſex menſes. unā cum magiſtratu de buxulo extrahantur. Debeant autē intereſſe dicti capitanei conſilio populi, & in ipſo illam uocem & authoritatē quilibet eoꝝ habeat quā habet cōſiliarius qſcꝫ ipſius conſilii, Debeāt etiā capitanei predicti ſemel in principio cuiuſlibet prioratus artem ipſoꝝ cōgregare & ire unā cum artificibus dicte artis ad Dños Priores populi & eis exponere que crediderint fore utilia pro cōmuni & ꝓ pacifico populari ſtatu ciuitatis predictæ, & ut maleficia puniantur in eadem. Artes ꝛo ſint & eſſe intelligantur ſcilicet. prima collegii aduocatoꝝ, procuratoꝝ & notarioꝝ, ſecunda mercantiæ, tertia bancarioꝝ, quarta, mazafortoꝝ, quinta aromatarioꝝ, ſexta lane, ſeptima fabroꝝ, octaua calciolarioꝝ, nona beccarioꝝ, decima merciarioꝝ, undecima pizicarolioꝝ, duodecima ſutoꝝ, decimatertia aurificū, decimaquarta lignarolioꝝ, decimaquinta cauponum, quæ artes ut ſupra Expreſſæ per ordinem incedere debeant in quibuſcunꝫ proceſſionibus, & actis publicis una ſcilicet poſt aliā, & nullus ex artificibus dictarum artium huiuſmodi ordinē, in quibuſcunꝫ actis publicis ſeu ꝓceſſionibus audeat uel preſumat cōtrauenire ſeu mō aliquo ꝓturbare ſub pena centū lib. deñ. ipſo fctō incurreñ. & cameræ cōis Spoleti applicañ.

De electione Trium Bonorum uirorum De Bullectis. Cap. 11.

TRES boni uiri de bullecta eligantur hoc ordine. Videlicet ꝙ Priores populi qui pro tēpore erunt per qndecim dies ante finem officii eoꝝ uirorum de bullectis qui ultimo loco extrahentur de buxulo, ſeu cophino, in quo imbuxulati reperiuntur, teneant & debeant cōgregare capitaneos artiū, Tres de bullectis, qui tunc erunt in officio, & tres ſuper ꝓpoſitis uel duas partes ipſorum adminus: & tunc inter ipſos eligātur duodecim boni uiri qui ſint, & eſſe debeāt officiales de bullectis pro duobus annis ꝓxime ſequentibus, & ut ſeqtur finieñ. Et deinde fiant quatuor cedulæ, & in qualibet ipſaꝝ ſcribantur tria nomina p̄dictoꝝ duodecim, & quælibet cedula inuoluta in quadā palluca de cera ſingulariter, & per ſe, ita cooperta ꝙ nullatenus uideatur, mittatur in cophino in quo iacent Priores, & ſigillato ſigillo Priorum. Et decem diebus ante finem officii eoꝝ, qui tunc erunt officiales de bullectis extrahatur una ex dictis palluctis: & qui in cedula quæ reperiretur in dicta palluca erunt ſcripti ſint & eſſe intelligantur officiales de bullectis pro ſex menſibus Et hoc ordine de ſex menſibus in ſex menſes extrahantur donec oēs ſint extracti Et poſtꝙ omnes fuerint extracti eo ordine & forma de aliis duodecim electio renouetur, & ſic fiat ſucceſſiue hoc ſtatuto durante. Officium autem authoritatem & baliam habeant ipſi tres ꝙ omnes expenſæ quæ faciendæ erūt in cōmune Spoleti de pecunia ipſius cōmunis debeant deliberari & approbari per ipſos tres uel duos ex eis ubi omnes ſint præſentes, ꝙ ſi unus ex eis fuerit mortuus uel abſens á ciuitate & diſtrictu Spoleti uel alias. luſte impeditus, ita ꝙ cū ſociis eſſe non poſſit. Tūc & eo caſu ſubſtituatur alius in locum deficientis uel abſentis per D. Priores qui pro tempore erūt: Et quod expenſæ prædictæ per duos ex tribus p̄ſentibus, uel duos

præſentes

præsentes altero absente ad buxulas,& palluctas deliberari debeant:& approbari. Et aliter expendi nō possit pecunia & es cōis,prout.infra in.cap.de expensis subiungetur. Et sint & esse intelligantur dicti tres & ipsorum quilibet de cōsilio populi,& in ipso illā authoritatem & uocem habeant,quā habet quilibet alius consiliarius. Teneantur aūt iurare dicti tres de bullectis eorum officiū facere bona fide:& nō cōsentire q̄ aliqua pecunia dicti cōis expēdat̄,nisi p utilitate ipsius & in expendēdo ipsam habeāt illā diligentiā quā in factis ꝓpriis,haberent & p̄oculis solū deū.

De electione Trium Bonorum uirorum super propositis & eor̄ officio. Cap. XII.

CVM principiis sit obuiandum:ne per inordinatas ꝓpositas damnū cōmuni uel periculum subsequatur.Ideo statuerunt & ordinauerunt q̄ sint,& esse debeant tres boni uiri super propositis faciendis in quibuscunq; cōsiliis,uel arengis,& q̄ per.D.Priores nō possit aliquid ꝓponi:nec aliqua proposita fieri in aliquo cōsilio populi,uel arenga,nisi primo de uerbo ad uerbū proposita quæ esset facienda fuerit deliberata,& approbata ad buxulas,& palluctas per ipsos tres,uel duos ex eis,etiam Tertio absente.Et eorum aliquis nō possit cogi realiter,uel personaliter ad deliberandū aliquam propositam.ad pœnā.centū lib.den̄.pro quolibet qui ipsos cogeret, uel grauaret,& qualibet uice.Et si aliquis ipsorum trium esset mortuus,uel absens,a,ciuitate Spoleti uel eius districtu uel aliter iusto impedimento detentus,ita q̄ interesse nō posset dictæ deliberationi,tunc in locum deficientis uel absentis substituatur alius per.D.Priores qui pro tempore erunt uel per alios superuenientes,uel p̄ntes uel per duas partes ipsorū Et quod per dictos tres, uel duos ex eis alio tertio præsente,uel absente deliberatū fuerit sufficiat ad deliberandū dictam propositā.Et nihilominus dicta ꝓposita debeat ante deliberari per D. Priores populi,uel duas partes ex eis,& demum per capitaneos artiū,uel maiorem partem ipsorū.& si nō facta primo deliberatione ipsorum.D.Priorum & secundario dictor̄ triū super præpositis,& tertio ipsorum capitaneor̄ eorū quæ deberent proponi,aliquid proponeretur in aliquibus,uel ubi deberet proponi in arenga.Et ante non deliberaretur in consilio populi,post deliberationē.D.Priorum trium de propositis:& capitaneorum artiū,non ualeat proposita,nec id quod fieret superea sed sit irritum ipso iure:Et potestas,Priores,& quilibet alius cōsiliarius qui dictam propositam proponeret deliberaret,& super ea consuleret,&notarius qui ipsam scriberet seu legeret in centū lib.den̄. uice qualibet condemnetur.Et quindecim diebus ante finem tēporis quo durare debet officiū dictorū triū super dictis propositis faciendis.D.Priores qui tunc erunt in officio teneantur,& debeant congregare consilium populi,in quo proponant & proponere debeant nouam electionē facien̄ de tribus super propositis,& de ipsorū authoritate,& pro quanto tempore inuentur. Et quicquid deliberatum fuerit circa prædictam electionē,& sibi connexa,& maiorem partem dicti consilii:in quo interesse debeant duæ partes ad minus consiliariorū ualeat,& teneat , & habeat plenum robur,ac si factū esset per totum cōmune authoritate p̄sentis statuti.Et semper dicti tres super propositis sint,& esse intelligantur de consilio populi,& in ipso habeant authoritatem & baliam quam habet quilibet alius consiliarius dicti consilii.Et quilibet ipsorum iuret ad sancta dei euangelia tactis corporaliter scripturis,ipsor̄ officium facere bona fide,& nō deliberare,nec comprobare aliquā propositā,quā nō uideant ad cōis utilitatem redundare.

De electione consiliariorum populi & eorum officio & iuramento. Cap. XIII.

CONSILIVM populi anno quolibet renouet̄,& Priores populi qui ꝓ tēpore erūt ante finē dicti cōsilii(eligāt de qualibet uayta tres cōsiliarios)populares,pacis,status popularis & reipub.Spo.Relatores,& sint numero triginta sex:& duret ipsor̄ offm̄ uno āno,& qui erit tūc in dicto consilio & numero triginta sex consiliariorum nō possit eligi pro anno sequēti.(* Et de cōsilio dicti ppli sint.D.Priores,capitanei artiū,tres de bullectis,& tres de ꝓpositis una cum ipsis cōsiliariis,qd cōsiliū ppli dictor̄ triginta sex,Prior̄ capitaneor̄ triū de bullectis,& ēt de ꝓpositis:illā authoritatē hēant,& baliā quæ per statuta dictæ ciuitatis cōsilio ppli inuenitur concessa,in quo cōsilio debeāt adminus duæ ptes p̄dictor̄ adesse,& per duas ptes astantiū quod deliberabit̄ obtineri,)Possit aūt in dicto cōsilio tractari,ordinari,& deliberari de collecta ponēda Saluo q̄ nō possit aliqd deliberari qd̄ sit cōtra pacē & pacta inuolumine statutor̄ cōtēta de qbuscunq; expensis faciēdis in cōi Spoleti de pecunia,& ære ipsius cōis De electione quorūcūq; officialiū,derepresaliam cōcessione,& oībus aliis factis,& negotiis necessariis & expediētibus dicto cōmuni,saluo q̄ non possit proponi deliberari,uel ordinari aliquid quod esset contra formam præsentiū statutor̄,& de cōdēnationibus,bānis,& ꝓcessibus in perpetuū uel ad tēpus remittēdis

* Ex p̄mis addi. ca.3.

cassandis suspendēdi uel tollēdi, uel q̄ aliqua iurisditio, uel immunitas detur uel cōcedatur alicui spoletano in perpetuum uel ad tempus, uel q̄ bona stabilia, iura, & iurisditiones dicti cōmunis, & quæ dictū cōmune hēt in oībus, & singulis uillis, & castris comitatus Spoleti, uel alibi uendantur, dentur, seu quouis alio titulo alienentur, ēt largo sumpto uocabulo, & q̄ imponatur aliqua prestantia alicui spoletano q̄ si secus fieret in aliquo casuum prædictorum non ualeat ipso iure. Et proponens, consulens, uel arengans: scribens uel legens propositam super prædictis uice qualibet, & pro quolibet in quinquaginta lib. deñ. condemnentur. Quicquid autē deliberabitur, reformabitur uel prouidebitur in dicto consilio debeat obtineri per duas partes astantium consiliariorū, capitaneoꝝ, trium de bullecta, & trium super propositis, & duas partes D. Priorum, & quilibet prædictoꝝ, tantū habeat unā uocem, & ad dictum consiliū quilibet uenire teneatur, & qui nō uenerit puniatur in pœnam unius Iulii pro qualibet uice, nisi se suo iuramento quod uenire non posset ad dictum consilium excusaret, pro quo iulio non ueniens in libro speculi cōis Spoleti describatur & habeatur pro debitore ipsius cōmunis nec deleri possit nisi solutione secuta: & contra eum habeant locū iura, & reformationes ipsius speculi in omnibus & per oia in tantum q̄ non possit habere aliquod officiū in cōmuni. Et quilibet ipsorum consiliariorū habeat, & habere debeat, a, cōmuni pro toto dicto anno unam librā piperis in festo natiuitatis Dñi & quilibet capitaneoꝝ in fine sui officii mediā libram piperis. in ipso uero consilio uno, & eodē tempore de numero consiliariorñ. xxxvi. esse non possint pater & filius, fratres carnales, patruus, & nepos sil' cohabitātes minor. xx. annis & qui nō sit subiectus iurisditiōi cōis Spoleti. Et in ipso nō possint fieri ultra q̄tuor ppositæ sup qb' adminus bēant cōsulere tres, q̄ in eoꝝ dictis utant breuitate, & ad aliā materiā q̄ ad ppositā se nō extandāt nisi cū licētia D Prioꝝ. Et nullus surgat ad consulendū nisi semel uinculo iuramenti, & pœna xx. sol. deñ. in qbus uice qualibet & pro quolibet puniatur. Et si in dicto consilio non adesset numerus de quo supradictū est uel nō uincerētur per duas partes pñtium, quod proponitur in eodē nō ualeat quod fieret. Et q̄ nullus qui nō sit de dicto consilio possit ipsi interesse Et si esset immissus mandato alicuius officialis teneatur publice dicere Prioribus ego nō sūm de consilio sed fui immissus pœna. v. lib. deñ. & eidē pœnæ subiaceat siquis uiderit talē astantē in cōsilio, & ipsum nō denuntiauerit ipsis. D Prioribus Oēs aūt qui sunt de numero dicti consilii in principio, ipsoꝝ officii iurent ipsorū officium facere bona fide, ad dictum cōsilium uenire, & consulere & ad partitū mittere quod eis uidebitur magis utile pro cōmuni. Et hoc capitulū teneatur Notarius reformationum dictis consiliariis legere in uulgari in ipsorum primo consilio, & in quolibet consilio faciat banniri notarius prædictus q̄ qui non est de dicto consilio debeat inde recedere.

De electione Camerarii & ipsius notarii & de ipsorum officio & iuramento necnon de elimosynis per ipsum faciendis. Cap. XIIII:

CAMERARII cōmunis Spoleti sex mensibus duret officiū, Et per quindecim dies ante finem officii eius qui nunc est in officio, Priores qui erunt tūc temporis teneantur, & debeāt uinculo iuramenti & pœna x. lib. deñ. pro quolibet congregare capitaneos artium tres de bullecta, & tres de propositis, ita q̄ adminus ipsoꝝ omnium intersint duæ partes. Et tunc per maiorē partem ipsoꝝ eligantur tres boni uiri spoletani ciues ætatis saltem uiginti quinq; annorum non obstāte q̄ fuerint in officio camerariatus, a, duobus annis citra & ipsis electis fiat inter oēs scrutinium secretū, & qui plures uoces habebit in dicto scrutinio, ille sit camerarius cōmunis Spoleti pro sex mensibus incipiendis finito officio præcessoris, cū salario quinquaginta lib. usualis monetæ Et dictus camerarius sic electus habeat ad sui custodiam omnes condemnationes libros, massaritias & alias res quæ sunt in camera cōis Spoleti, & quæ assignabuntur sibi imposterū, & de eis faciat inuentariū, manu notarii reformationū dictæ ciuitatis prima die sui officii. Si aliud inuentarium de dictis libris, & rebus non appareret in cōmuni ante finē sui officii, & in ipso inuētario faciat addi omnes libros, res, & massaritias dicti cōmunis ad suas manus redactas tempore sui officii Et secundum dictū inuentarium teneatur ipsas res reassignare eidem in officio successori. Item fiat aliud publicum instrumentū manu sui notarii scriptum de omnibus assidibus, suppedaneis, & clauibus & ferraminibus, dischis, banchis, & omnibus aliis massaritiis, & rebus existentibus in domibus: & palatiis, habitationis, Dñi Potestatis iudicis appellationū, iudicis gabellæ,

uiarii,

uiarii, Notarii reformationum, & cuiuslibet alterius officialis. uidelicet ea die qua de habitatione officialis recedit teneatur uinculo iuramenti & ad pœnã .xxy. lib. deñ. quotiens cõtrafecerit ire ad faciendũ sibi assignari, a, dicto officiali res in dicto inuentario contentas. Et prout sibi fuerint reassignatæ, ita q̃ nouo officiali in dicta tali habitatione moranti reassignet. Et si aliquis dictorũ officialium, nõ reassignauerit res, & massaritias sibi assignatas & in dicto inuentario contentas eidẽ camerario possit & debeat dictus camerarius, duplũ exstimationis ipsarũ rerũ non reassignatarũ sibi pro cõmuni de salario ipsius officii retinere absq̃ aliqua cõdemnatione faciẽ de emendatione p̃dicta. Ad manus aũt dicti camerarii perueniant, & peruenire debeant oẽs pecuniarũ quantitates, & quicquid solui debet dicto cõi, a, quibuscunq̃ castris uillis & singularibus personis, & si aliter fieret solutio soluẽs nullatenus liberetur. Et de his quæ perceperit confici faciat per notarium ad hec deputatũ publicã scripturã, & integram solutionem recipiat & in pecunia numerata, ubi pecunia debetur eius quod quis tenetur soluere in cõmuni. Et aliquam pecuniã non soluat alicui absq̃ apodissa de qua mentio fit in capso quod infra sub Rubrica de expensis submittetur. Possit tamen sine aliqua apodissa expendere de ære & pecunia dicti cõis usq̃ in quantitatem centũ solidorũ deñ. pro carta, atramento cæra uernice lignis & similibus ad camerariũ seu pro camera opurtunis. Possit & debeat dictus camerarius elimosynas infrascriptas persoluere habita apodissa, Fratribus minoribus in festo sancti Lodouici fratribus p̃dicatoribus in festo sancti Dominici, fratribus heremitanis in festo sancti Augustini. lx. lib. deñ. p quolibet ordinũ p̃dicatorũ, fratribus seruorũ sancte Marie. xxx. lib. deñ. hospitali nouo sancti Stephani lx. lib. deñ. hospitali sancti Massei, seu pauperibus ipsorũ. x. lib deñ Monasteriis infrascriptis uidelicet, Collis floreti de capatis, sancti Iohannis decolle consilii sancte Agnetis, sancte Concordii, sancte Crucis intra muros ciuitatis collis lucis, collis gratie, sancte Marie de misericordia, sancte Clare sancte Margarite, & sãcti Bartholomei de monte luco. xl. sol' deñ. pro quolibet dictorũ locorũ. Et in festo prædicto sancti Lodouici fratrum minorũ, sancti Petri marriris fratrum prædicatorũ in festo sancti Nicolai fratrum heremitarũ, & in festo sancti Luce fratrũ seruorũ, & in festo sãcti Andree apostoli duos cæreos cæræ pretii. c lib. sol'. deñ. inter ambos pro quolibet dictorũ locorũ. Et expensis cõis faciat q̃ lampas seu spera quæ est ante imaginẽ sancte Marie uirginis factam per cõe Spoleti in ecclesia Spoletana semper ardeat ante ipsam imaginem die ac noctæ pœna. x. lib. deñ. Et soluat uicturas equorũ bannitoribus quoties iuerint obuiam potestati, uel alicui Dño seu pro executione personali facienda, & soluat oẽs deñ. necessarios pro dicta executione personali ad uoluntatẽ militis potestatis, & penes se habeat omnia statuta loquentia de sua electione & officio ad pœnã .xxy. lib. deñ. Et non faciat aliquas expensas in palatio populi, nec in habitationibus aliquorũ officialiũ forensium, nisi prius fuerit deliberatũ per Priores. Et tempore cuiuslibet Prioratus faciat legi introitus, & exitus, & expeñ. in cõsilio populi Et quoties uendet' aliquid de bonis cõis faciat illud publice banniri pluribus uicibus, & diuersis diebus. Et nullus officialis. uel eius familiaris uel ille cuius fuisset res quæ uenderetur per se uel aliã personam possit ipsam emere ad pœnã c. sol'. deñ. ipsi camerario, & cuilibet cõtrafacienti uice qualibet. Et nõ possit cogi dictus camerarius per aliquẽ officialẽ cõis Spoleti ad dandũ & soluendum eidem aliquã pecuniarũ quantitatẽ uel ad emendũ aliquã rem prohabitatione & usu ipsorum officialiũ nisi ad salariũ eisdẽ debitũ de expressa cõsciẽtia. D. Priorũ, & tẽpore quo debet', Nec cogi possit per. D. Priores populi ad dandũ uel soluẽdũ aliquid eisdẽ uel aliis, nisi primo ipsi camerario fuerit signata apodissa secundũ formã statutorũ. Iuret aũt dictus camerarius officiũ suũ legaliter facere. Et q̃ libros, res pecuniã, & æs cõis & quicquid ad eius manus de bonis dicti cõis peruenerit custodiet, & saluabit, & nihil expendet nisi secundũ formã statutorũ. Et promittet obseruare prædicta sub pœna. y. lib. deñ & det. & dare debeat fideiussores idoneos super p̃dictis. ¶ Notarius ipsius camerarii eodẽ die, & eadẽ forma & pro eodẽ tẽpore eligat' ut supra de camerario est expressum cũ salario .xxx. lib. deñ. pro sex mẽsibus, & nõ possit esse notarius camerarii q̃ nõ sit ætatis saltẽ uigintiqnq̃ annorũ, & scriptus in matricula notariorum nec q̃ sit cõsanguineus camerarii uel affinis usq̃ in tertiũ gradũ. Officiũ aũt dicti notarii sit diuisim scribere oẽs introitus collectarũ, & cõdẽnationũ solutarũ, & oĩum aliorũ puentuũ, qui camerario soluerent'. Et unãquãq̃ materiã de per se ponere in quaterno, ita q̃ de p̃dictis possit rationatoribus cameræ reddere rõnẽ. Et cõdẽnationes, de qbus facta fuerit mera solutio camerario eius quod cõmuni deberet' signet in margine pro solutis & dictæ. scripturæ se subscribat, & si aliter dictas condemnationes signaret, uel in eis aliquid scriberet in. c c c. lib. deñ.

VII v

uice qualibet condemnetur quas si ſoluere non poterit manus dextera, a, brachio amputetur.
Et teneatur facere unũ libellũ chartarũ pecudinarũ, in quo ſcribat maſſaritias & res mobiles
quæ ſunt inhabitationibus officialium & libros, chartas, & alias res exiſtentes in camera ſu-
pradicta ſi de ipſis non apparet factum aliquod inuentarium. Et teneatur oſtẽdere libros qui
ſunt in camera camerarii cuilibet notario de Spoleto pro copia extrahenda ſaluo ꝙ in cõtu-
macia condemnatis eoꝝ condemnationum & proceſſuum nõ fiat copia nec permittat copia-
ri niſi de expreſſa licentia. D. Priorum, uel duarum partiũ ex eis, de qua manu notarii reforma
tionum debeat apparere. ſed libros uel chartas non dimittat alicui, abſqꝫ ſui præſentia, uel ca
merarii, nec permittat extrahi libros prædictos & cartas de camera ſupradicta ſub pœna. c. lib.
deñ. & nõ audeat uel præſumat directe, uel indirecte pro prima ſcriptura uel pro aliqua apo-
diſſa uel ſolutione alicuius quantitatis quæ fieret per camerarium, ſeu ſub prætextu alicuius
ſui laboris, quem ſubſtineret, occaſione dictæ officii, in ſeruitiũ aliquod donum uel aliquam
quantitatẽ pecuniaꝝ petere uel recipere exceptis ſecundis ſcripturis, pro quibus poſſit merce-
dem recipere competentem. Et ſi contrafecerit in quinquaginta lib. deñ. uice qualibet condẽ-
netur. Et eidem pœnæ ſubiaceat camerarius ſi reciperet aliquid ultra ſalarium ſibi deputatũ.
Et quilibet poſſit contrafacientem accuſare & habeat tertiam partẽ banni ſeu condẽnationis
& aliam tertiam partem habeat poteſtas ſi condemnationem prædictam ſuo tempore latam
fuerit executus, & credatur ſacramento accuſatoris cum uno teſte deponente de uiſu. Et dicti
camerarius & notarius & quilibet eoꝝ reperti culpabiles omni officio cõmunis Spoleti in per
petuum ſint priuati. Et iuret dictus Notarius coram. D. Prioribus ante initium ſui officii prædi
cta omnia & ſingula obſeruare.

De electione Notarii reformationum. Cap. XV.

REFORMATIONVM notarius eligatur pro ſex menſibus per. D. Priores, & con
ſiliũ populi, in quo interſint capitanei artiũ tres de bullecta & tres de ꝓpoſitis, & adſint
adminus duæ partes ipſoꝝ cõſiliarioꝝ, & pñtiũ duæ partes ſint cõcordes, cum ſalario. xv. lib.
deñ pro quolibet mẽſe, qui notarius ſit forenſis & in arte notariatus expertus bonus ſcriptor
bonæ cõditionis, & famæ legalitate & uirtutibus decoratus, & teneatur dictus notarius ſcribe-
re, & ad quaternũ ponere, omnẽ deliberationẽ, & reformationẽ, & quicquid deliberabit᷑, uel
reformabitur per. D. Priores & cõſiliũ populi, & quaſcunqꝫ alias cernas, cõſilia, uel arengas
infra octo dies, á, die quo facta fuerit dicta reformatio ſeu deliberatio. Et quãlibet apodiſſam
cuiuſcunqꝫ ſolutionis faciẽdæ per camerariũ cõmunis ſcribat ſua manu, & in ipſa bullectã ſuã
ponat & ipſas apodiſſas quolibet mẽſe legat in cõſilio ppłi, & litteras quæ dirigunt᷑ aliqbus,
uel alicui cõitati uel ſpãli pſonæ p. D. Priores ppłi & cõe Spoleti. Et oẽs alias ſcripturas faciat
ad ipſius offm̃ pertinẽtes, de quibus fieret mentio in aliquo capło ſtatutoꝝ. Et teneat᷑ ſcribere
quicqd eidẽ per. D. Priores mandaret᷑. Et faciat ſcribere expenſas cõis, & oĩa ordinamẽta tan
gentia offm̃ prioratus. Et inter eos legat ea omni menſe, cũ ꝓteſtatione ꝙ nõ faciant contra
ipſa, ꝙ ſi ſecus fecerint ipſe notarius nõ ſcribat. Faciat aũt copiam dictus Notarius ſui libri &
præceſſoꝝ ſuoꝝ, qui ſunt apud eum, & cuilibet petenti dimittat extrahere copiam cuiuſcunqꝫ
ſcripturæ in publicam formã abſqꝫ aliquo pretio. Saluo ꝙ ſi eſſet reformatio uel ſcriptura, cu-
ius propalatio eſſe poſſet in præiudiciũ cõis, ꝙ tunc nõ teneatur, nec debeat ipſius copiam fa
cere, niſi cum licentia maioris partis. D. Prioꝝ. Et nõ recipiat aliquod pretiũ pro primis ſcri-
pturis uel apodiſſis. Nec ultra ſalariũ ſibi cõſtitutũ aliquid recipiat, a, cõi ſeu ſpeciali perſona.
Et non intret domũ alicuius ſpecialis perſonæ, nec cum eadẽ comedat, nec bibat. Pro ſecun
dis autẽ ſcripturis ſiquis eas uoluerit manu dicti notarii mercedem recipiat competentẽ. Et ſe
creta eidem impoſita uel quæ eſſent tenenda, nulli pandat. * (Qui notarius debeat per ſe di-
ctum officium exercere, & de ciuitate nõ recedere nec ſe aliqualiter abſentare ſine expreſſa li- * Ex
centia D. Prioꝝ, quo caſu poſſit ſe abſentare pro tempore habitæ licentiæ, & tunc ſubſtitutũ ꝑmis.
dimittere debeat pro tempore dictæ abſentiæ de uoluntate tñ dictoꝝ. D Prioꝝ.) Et prædicta addi.
oĩa & ſingula obſeruare teneat᷑, & debeat uinculo iuramẽti & pœna. xxv. lib. deñ. in qb⁹ ſi cõ ca. 53.
tra fecerit uice q̃libet cõdẽnet᷑. Et nihilomin⁹ poſſit p. D. Priores, & capitaneos artiũ, uel maio
rẽ ptẽ ipſoꝝ quoties eis placuerit ab officio remoueri. Et ſalariũ petere nõ poſſit niſi pro rata

* Ex ſpmis addi. ca. ſ.

temporis, quo ſeruierit * (Statuentes inſuper q̄ ſcripturis talium notariorꝫ tam præteritorꝫ, q̄ præſentium, & futurorum & cuiuſlibet ipſorum quæ reperirentur in libris reformationum ipſorum: & cuiuſlibet eorum, adhibeatur plena fides, nō obſtante ſi in dictis ſcripturis uel aliqua ipſarꝫ nō inuenirentur teſtes conſcripti, uel non inueniretur in ea, uel alia etiam ſcriptura de ſolēnitatibus cōmiſſionum, relationum, pulſatæ campanæ, uel aliis de quibus in dictis reformationibus fieret mentio earundem.)

De expenſis faciendis, & quomodo pecunia cōis debeat expendi. Cap. XVI.

PECVNIA & æs cōmunis Spoleti non expendantur indebite, qm̄ prodigalitas expenſarum reges, & regna conuertit in nihilum, & animæ & corporis inducit graue periculum, Ideo prædicti. D ſtatutarii ſtatuerunt, & ordinauerunt, q̄. D. Priores populi uel duæ partes ipſorum, poſſint & eis liceat facere apodiſſam unam, uel plures eorū ſigillo, & Notarii reformationū ſigillatas, & ipſius manu, uel eius uicem gerentis ſcriptam, & ſcriptas, quæ inter oēs contineat quātitatem in. xx. ſol. deñ. uel abinde infra & nō ultra pro qualibet die Et q̄ dictis. D. Prioribus liceat uſq; in quantitatem. xx ſol. deñ. p̄dictorꝫ, prout eis uiſum fuerit eſſe utile. p cōmuni qualibet die expendere abſq; aliqua deliberatione trium de bullecta, uel alterius conſilii Et ſolum ad hoc ſufficiat quod ſuperius eſt expreſſum. Et Camerarius dictam quantitatē poſſit & debeat ſoluere dictis retentis apodiſſis, Vltra uero. xx. ſol. p̄dictos non poſſint alii quam apodiſſam facere nec aliquam expenſam faciendā eſſe ordinare, reformare, uel diſponere, niſi ordine infraſcripto. uidelicet q̄ quælibet expenſa facienda p camerariū cōmunis de pecunia & ære dicti cōis ſegat' ſingulr, & diſtincte in uulgari ſermone in p̄ntia dictorꝫ Priorum, & trium de bullecta, & mittatur ad Partitū quelibet de per ſe ſic lecta, inter. D. Priores, & deliberari & approbari debeat per duas partes ipſorꝫ ad buxulas, & palluctas. Et ſimili mō ſi erit obtentū per duas partes ipſorꝫ. D. Priorꝫ mittatur ad partitum inter tres de bullecta, uel duos ex eis tertio mortuo, uel abſente' uel iuſte impedito, ita q̄ cum ſotiis eſſe nō poſſit, & obtineri debeat per duos ex eis, ubi tres ſint p̄ntes, & demū ex tali expenſa ſic approbata fiat apodiſſa, manu dicti cancellarii uel alterius eius Locumtenentis, & ponatur in ipſa ſigillum. D. Priorꝫ, & trium de bullecta, & cancellarii p̄dicti, & tali apodiſſæ ſic tribus ſigillis ſigillatæ det' per camerariū plena fides & eius quod continetur in ipſa apodiſſa faciat ſolutionē, dummodo dicta bullecta una uel plures non poſſint excedere centum lib. deñ. pro quolibet menſe cuiuslibet Prioratus. Vltra uero dictas. centū lib. poſſint dicti Priores cū dictis tribus de bullecta, & capitaneis artiū partitis miſſis inter ipſos. D. Priores, & tres de bullecta, ut dictū eſt ſupra, & obtentis inter eos, & demū inter dictos Capitaneos quorꝫ duæ partes ſint p̄ntes, & p̄ntium ſint in concordia duæ partes deliberare, & ordinare q̄ poſſint expendi de pecunia, & ære dicti cōis Spoleti pro quolibet mēſe officii Prioratus p̄dicti aliæ centū libræ. Et apodiſſa uel apodiſſæ, quæ fierent pro ſolutione ipſarū. c. librarꝫ ſimili mō fieri debeāt & ſigillari facta mētione in ipſis apodiſſis, q̄ ſunt unā cum capitaneis approbatæ. Et talibus apodiſſis una uel pluribus receptis dictus camerarius ſoluere teneatur quod continetur in illis. Aliæ autem expenſæ non poſſint fieri uel deliberari per ipſos. D Priores, tres de bullecta, & capitaneos artiū, & ſi occurrerent faciendæ deliberentur in conſilio populi, in quo interſint duæ partes ipſorꝫ conſiliatorꝫ & duæ partes ſint concordes. Et quæ deliberatæ fuerint in dicto Conſilio per Camerarium poſſint libere dari. & ſolui, recepta apodiſſa, ut ſupra ſigillata. Salarium aūt debitū ipſis D Prioribus, & q̄buſcunq; officialibus cōis Spoleti, & omne aliud quod deberet' alicui, uel aliquibus' uigore aliquorꝫ ſtatutorꝫ in hoc uolumine cōprehenſorum, non poſſit, nec debeat dictus Camerarius ſoluere uel dare abſq; deliberatione, D Priorꝫ, trium de bullecta uel alterius cōſilii niſi recepta de prædictis apodiſſa tribus ſigillata ſigillis. Et hæ expenſæ debitæ uigore ſtatutorꝫ non cōputentur in quantitatem. c. lib quas poſſint expendere. D Priores cum deliberatione dictorꝫ triū de bullecta, nec in aliis. c. lib. quas poſſint expendere cū capitaneis artiū. Et quia non poteſt dici conſenſus, ubi uis, uel coactio interuenit. Nō præſumant dicti Priores, uel ipſorꝫ aliquis cogere uel detinere aliquem ex dictis tribus de bullecta, ut aliquibus expenſis conſentiant, ſed ipſorum trium officium ſit liberū (prout decet) arbitriū. Et ſiquis ex dictis Prioribus contrafecerit in prædictis in. c. lib. deū. uice qualibet condemnetur, quam ſi accuſa-

uerit dimidiam habeat ſic detentus uel coactus. Et nihilominus quod fieret die talis coactionis, & detentionis non ualeat ipſo facto.

De electione aſſeſſoris. D. Prioꝝ iudicis gabellæ, & uicarii & eius officio. Cap. XVII.

ASSESSOR & iudex cuius conſilium habere poſſint ſemper & quando expediat. D. Priores populi eligantur hoc modo. uidelicet. Quod Dñi Priores populi qui nunc ſunt infra. xv. dies poſt aperturam preſentis ſtatuti teneantur & debeant congregare Capitaneos artium tres de bullectis & tres ſuper propoſitis, in qua congregatione ſint & eſſe debeant duæ partes ipſoꝝ, & per ipſos D Priores, & alios ſupradictos fiat electio de quodam iudice forēſi iuris perito, & in iudicatus officio exercitato, qui uenire debeat ad ciuitaté Spoleti in termino per ipſos, tunc in electione declarādo, cum duobus Notariis in notarie tus officio bene expertis, cum quatuor famulis armigeris, quoꝝ unus ſciat legere & ſcribere cōpetenter, & uno equo qui cum prædictis omnibus Notariis famulis & equo, teneatur & debeat ſtare in ciuitate Spoleti ſex menſibus poſt eius aduentum die aduentus minime computata, ad exercendū officiū, ad quod erit deputatus. Et quinq; diebus ad ſindicatum finito ſuo officio. Ad cuius officium ſpectet eſſe adminus ſemel in die, & quoties fuerit requiſitus cum. D. Prioribus, & eiſdem in omnibus quæ peterent conſilium dare utile pro cōmuni, & pro defenſione iurium & iuriſditionis, & cuiuſcunq; cauſæ & queſtionis quas haberet cōmune Spoleti cum quibuſcunq; perſonis allegare uerbo, & in ſcriptis, & dare conſilia oportuna, ita q; iura & iuriſditiones cōmunis conſeruentur, & dictæ cauſæ iuridice defendantur. Et habeat curam & ſollicitudinē ut maleficia quæ cōmitterent' in ciuitate Spoleti, & eius comitatu modo debito puniantur. Et maxime bis in menſe perquirat omnes, & ſingulas copias denunptiationum inquiſitionum & accuſationum, quæ eſſent dictis. D Prioribus per Dñm Poteſtatem officiales, & accuſatores aſſignatæ, quas. D. Priores teneantur, & debeant ei abſq; aliqua diminutione prout ipſas recepe rint uinculo iuramenti, & pœna. xxv. lib. deñ. pro quolibet aſſignare. Et cum dictis cedulis dictus iudex teneatur & debeat uinculo iuramenti & pœna. c. lib. deñ. bis in menſe unā cum tribus uel quatuor ex dictis. D. Prioribus populi & Cancellario dicti cōſis ad palatiū dñi poteſtatis accedere, uel mittant D. Priores pro iudice maleficioꝝ qui perſonaliter uenire debeat coram eis pœna. y. lib. deñ. cum libris maleficioꝝ in palatio populi ſtatim facta requiſitione de ipſo. Et dictas copias cum ꝓceſſu factas in curia. D. Poteſtatis ſeriatim examinare, & cū poteſtate & ſuis officialibus cōferre uel cū iudice maleficioꝝ qñ ad priores ueniret ut ipſoꝝ ꝓceſſuum & maleficiorum cōmiſſorū ueritas perquiratur. Ita q; ipſa maleficia ſuper quibus proceditur non tranſeant impunita. Et ſi in ipſis proceſſibus aliquem defectū inueniret, uel tempus, quod per formā ſtatutoꝝ conceditur ad expediendū proceſſum eſſet elapſum. illum & illud faciat ſcribere per Cancellarium: & unū ex ſuis Notariis ut tempore ſindicatus Poteſtatis, talis defectus & negligentia, nō ualeat occultati. Et q; poteſtas, & ſui officiales teneantur, & debeant, uinculo iuramēti & ad pœnā quinquaginta lib. deñ. pro quolibet & qualiber uice omniū & ſingulorum ꝓceſſuū, qui peterent' ab aſſeſſore prædicto eiſdē Dñis Prioribus & cancellario prædictis copiā facere, ita q; ipſos poſſint prout uoluerint examinare. Et nihilominus teneantur & debeant dicti. D. Priores proteſtari ipſi. D. Poteſtati, & iudici maleficiorum uel ipſorum alteri q; ipſos proceſſus expediant infra terminum ordinatum. Et ſit diligens dictus Aſſeſſor q; per Priores populi pro iniuriatis de quorum iniuriis per modum inquiſitionis, ſeu denunciationis, ab alio inſtitutæ q; ab iniuriato procederetur in curia poteſtatis, tranſmittatur. Et examinationi faciendæ, ac etiam inueſtigationi de ipſis, & aſſignationi teſtium quos diceret de maleficiis prædictis ſcire ueritatem interſit, unā cum Prioribus antedictis, & procuret ſollicite q; ipſorum teſtium nomina poteſtati illico tranſmittantur per ipſos. D. Priores prout ipſi tenentur ex forma ſtatutorum de ipſorum electione loquentium Et nihilominus penes ſe retineāt copiā nominū teſtiū tranſmiſſoꝝ, ut tēpore quo examinauerit ꝓceſſus poteſtatis uidere poſſit, ſi teſtes trāſmiſſi fuerint examinati per ptātē, & ſuos officiales. Quod ſi nō fuerint examinati

Pro quolibet teſte nō examinato, ubi eius præſentia haberi potuit, Poteſtas ipſe in qnquagin ta lib. den. uice qualibet cōdemnetur. Et talis defectus examinationis tempore, ut ſuperius de aliis dicitur, annotetur. Et ſpectet ad ipſum officium iudicatus gabellæ Communis Spoleti, ſit & eſſe intelligatur ludex gabellæ p̄dictæ cum omni Poteſtate, authoritate & balia quā ha buit, & habet ludex gabellæ, temporibus retroactis. Et ſimili mō, ſit & eſſe intelligatur officia lis, ſuper uiis, Pontibus, Fontibus, aquarū curſibus & omnibus & ſingulis aliis, ſuper quibus, uiarius, qui fuit temporibus p̄teritis & modo eſt, habuit authoritatem & baliam: eandem ha beat poteſtatem iplē aſſeſſor. Et prædicta officia uidelicet gabellæ & Viarii poſſit per ſe, & di ctos suos Notarios, prout ad predicta deputauerit operari. Et poſſit ipſe aſſeſſor, & teneatur ad petitionem quorumcūq; unum ex ſuis Notariis, quem uoluerit mittere ad uidendum loca, in quibus fieri diceretur aliquem pontem uel aliquod aliud opus laborerium ſiue reparū uel obicem p̄ utilitate cōmunis & ſingulariū perſonarum. Et ſi eidem, uel dicto ſuo Notario, uide bitur oportunū, dictum, opus, quod uiderit, tunc infrā octo dies faciat requirere, & congrega re omnes adiacentes operi ante dicto, & quod per maiorē partē adiacentiū fuerit deliberatū faciat executioni mandare, cogēdo ipſos realiter & perſonaliter ad prædicta. Et etiam ſine præ dicta deliberatione adiacentiū qñ ei uidebitur opus faciendū uel reficiendū poſſit ſuperiſtan tes ponere ad faciendū ipſum fieri. Et expenſas inter adiacentes diſtribuere. Et quiſquis decla raretur per ipſum eſſe adiacentē: non poſſit ſe excuſare, uel dicere q̄ non ſit adiacens, & poſſit cuilibet eidem nō parenti, pœnā imponere uſq; in .x. lib. deñ. & ſine ſtrepitu, & figura iudicii, alte, & baſſe, & de facto ſine prolatione alicuius ſententiæ, prout ei placuerit exigere. Et q̄ ſu perinſtantibus, quos ipſæ poſuerit ad aliquod opus reparandū, uel denuo faciendū, quilibet teneatur & debeat obedire, ad pœnā .xl. ſol. deñ. quā quilibet ſuperinſtañ. poſſit imponere, & ipſam ſūmarie, & de facto exigere, & auferre. Et teneatur potiſſimum dictus officialis ad peti tionē cuiuſlibet petentis mitrere ad faciendum reparari per adiacentes, ut Curſus Marrubiæ, Tiſſini, uel alterius aquæ, non inferat alicui damnū, & non exeat alueū ſuum. Et ſit ſollicitus q̄ Pontes, & Boſi, & Bari, reaptent' ad Harenam, & calcem, Et teneatur mittere quolibet mē ſe unum ex ſuis Notariis ad curſum, & alueos aquarum, & eos uidere in omni parte. Et ſimilī modo uias, plateas, Pontes, fontes, & cloacas, & ubicunq; fuerit oportunū faciat reaptare. Et in prædictis, & circa prædicta tam ipſe q̄ Notarius qué ad hoc deputauerit, habeat plenū ar bitriū ducendi aquas per poſſeſſiones. quorñcūq;, & ad faciēdū incidi arbores cuiuſcūq; perſo næ, dummodo ſatisfieri faciat damnū paſſis ab adiacentibus, de pretio competēti. Et ſi quod opus eſſet denuo faciendum uel reparandum, in quo eſſet conueniens cōmune Spoleti contri buere cōferat hoc cū. D. Prioribus populi, tribus de bullectis, & capitaneis Artium, & omnes expenſæ quæ per prædictos, uel maiorem partem ipſorum, deliberabuntur faciendæ, poſſint, & debeat fieri de pecunia, & ære Cōmunis, & Camerarius dare, & ſoluere teneatur, recepta tñ bullecta, eo modo quo deliberatum eſt ſupra in capſo de expeñ. Et teneatur dictus Aſſeſſor per ſe, ſuosq; Notarios curare, ut reaptentur omnes pontes, Viæ publicæ & Vicinales, Plateæ fontes, Cloacæ, curſus aquarum, foſſæ, foſſata, Putei. formæ, & omnia alia opera, prout ei im ponerētur per D. Priores, & Capitaneos Artium ſiue expenſis cōmunis, ſiue adiacentium ſo lum, ſiue utriuſq; infra terminum qui ei aſſignabitur a prædictis uinculo præſtiti iuramenti, & pœna .xxv. lib. deñ. pro qualibet uice qua contrafecerit in prædictis uel aliquo prædictorum. Necnon teneatur ſemel in menſe facere inquiſitionem contra occupantes, & apprehendētes Vias publicas ciuitatis, & Comitatus Spoleti. Et ſuper ipſam recipiat adminus de qualibet uaita duos teſtes. Et ſi quid inuenerit occupatum in priſtinum ſtatum, reducendum curet. Et nihilominus occupatores huiuſmodi, & quemlibet ipſorum poſſit ſuo arbitrio punire ſumma rie, abſq; prolatione alicuius ſententiæ uſq; in quantitatē .xxv. lib. deñ. * (Et eandem poteſta tem, atq; authoritatem, ut prefertur ſuper uiis, Pontibus, Aquis, Aquæductibus, fontibus & aquarum curſibus Ciuitatis, & Comitatus Spoleti in omnibus & per omnia habeant Notarii extraordinariorum. D. Poteſtatis, & Vicarii, qui teneantur per dictos Notarios extraordina riorum curare, ut ſoleniter executioni mandentur, ſub pœna .xxv lib deñ. & præſtiti iuramen tī.) Et gñaliter p̄dictus Aſſeſſor teneat' ea facere, & exercere quæ per. D. Priores ppli ſibi impone rent' abſq; aliquo alio ſalario, q̄ declarato in electione de ipſo faciēda, ſed de ipſo ſalario tm̄ ſit cōtētus, Et ultra dictū ſalariū aliquod donū, uel pecuniaq; quantitatē, a, cōmuni uel ſpeciali

* Ex cdis addi. ca. 18.

IX^v

persona pro seipso, suis officialibus familia non recipiat. Et prædicta omnia, & quæcũq; alia capitula, & decreta cõmunis Spoleti, loquentia de officio Gabelle, & Viarii, teneat' tam ipse, q̃ sui officiales inuiolabiliter obseruare, ad pœnam. I. lib. deñ. pro quolibet, & uice qualibet: Vbi alia pœna non esset expressa. Et nihilominus hoc capitulum possint. D Priores, Capitanei Artiũ, consilium populi cum tribus de bullectis, & tribus super propositis, seu maior pars ipsorum, supplere, augere, & diminuere, ad eorum libitũ. Tempore faciendæ electionis, dicti, Assessoris. Et aliorum in officio successorum. Quicquid autem suppletum, diminutũ, seu additum fuerit, ualeat, & teneat, ac si in præsenti capitulo esset speciali de uerbo aduerbum, expressum, & per ordinem declaratum.

De electione potestatum castrorum comitatus & districtus Spoleti. Cap̃. XVIII.

ELECTIONES Potestatum castrorum districtus Spoleti fiant, & fieri debeãt in aregha bandita una die pro altera, & festiua ad sonum Campanæ in platea sanctæ Mariæ, & quelibet uarta eat de per se ad fabas, & ordinatis hominibus cuiuslibet uaitæ ad rotũ, siue ad circulum inter quos nõ possit esse aliquis minor decem & octo annis, uel qui nõ esset scriptus in capite ciuis, uel baiulus, uel bannitor, uel qui non sit subiectus cõmuni Spoleti uel famulus alterius, uel molendinarius. ad pœnã. x. lib. deñ pro quolibet. Et electio quæ fieret per ipsum sit nullius ualoris Et tempore electionis faciendæ publice banniatur & numerent' quot sunt per banditores, & in urna seu capello mittantur tot fabæ albæ quot sũt homines dictæ Vaitæ, inter quas sit una nigra, & quilibet extrahat de capello fabam unam, & cui obuenerit faba nigra sit elector, & in extractione breuiũ dictarum potestariarum quæ breuia sint & esse debeant uno, & eodem modo plicata & tot quot sunt ipsæ potestariæ, & in quolibet breui ponatur nomen unius potestariæ, & diuidantur ante more solito per Priores: ita q̃ sint tantũ. xii. potestariæ, & primo extrahatur breue pro illo cui obuenerit faba nigra & anteq̃ procedatur ad alia debeat dictus elector facere electionem potestariæ, quæ sibi obuenerit, aliter non ualeat quod fieret ipso iure, & possint eligere patrem, fratrem & alium sibi coniunctum, aliquo statuto nõ obstante & de qualibet uarta prædicto ordine. Et quicunq; fuerit electus ad aliquã potestariã debeat coram Prioribus die electionis uel sequenti acceptare nisi fuerit absens, a, ciuitate, & comitatu Spoleti, uel aliter impeditus, ita q̃ dicto tempore acceptare nõ possit, quo casu per aliquem sibi coniunctum usq; in tertium gradum coram dictis. D. Prioribus debeat absentia allegari, & iustum impedimentum, & tunc per ipsos Dños Priores assignetur eidem terminus præfixus infra quem dictus electus ipsum potestariæ officiũ debeat acceptare. Si autem in primo termino ubi non est allegata absentia, seu impedimentum, uel in secundo ubi est allegatum, & terminus assignatus, non acceptaret officium, non ualeat ipsa electio, & dicto casu, uel etiã ubi renuntiaret electus electio dictæ potestariæ fiat per Dños Priores, & capitaneos artiũ eadem die, uel sequenti. Ad quos tantum spectet electio supradicta Quicunq; autẽ fuerit electus potestas alicuius castri præfati districtus officium potestariæ ante dictũ exerceat per se ipsum, & alicui non possit cõmittere gratis, uel pretio uices suas. Si quis autem contra fecerit tam cõmittens quã recipiens, dicto officio priuentur, & nihilominus id quod fieret per ipsos, Nullius sit momenti, & in cc. lib. deñ. pro quolibet condemnentur. Notarius uero reformationum uinculo iuramenti, & pœna. xxv. lib. deñ. non scribat aliquas litteras aliquibus cõmunitatibus, uel castris quod obediatur aliquibus tamq̃ potestatibus uel eorum uices gerentibus, nisi tantummodo illis qui erunt electi, Et nihilominus aliquod castrum, seu homines ipsorum nõ debeant alio Vicario seu uicẽ gerenti obedire, sed potestatibus tantũ & his qui sunt electi in potestates obediant, & assistant, ad pœnã qngentaq; lib. deñ cuilibet cõmunitati ipsorũ castrorum, & qnquaginta lib. deñ. cuilibet singulari personæ imponenda. Potestates autẽ prædicti & quilibet eorum non possint dare licentiam alicui de eorum castris de non ueniendo in exercitium qui fieret per commune Spoleti, uel discedendi de ipso exercitu sine licentia capitanei exercitus, nec aliquem facere exbanniri, uel de banno & cõdemnatione extrahi de dictis castris qui condemnatus esset uel condemnaretur, seu exbaniretur in posterum, nisi de uoluntate rectoris, & potestatis qui talem fecisset condẽnationem & exbanniri, ac de licentia D Priorum, ad pœnam qnquaginta lib. deñ. in quolibet supradictoq; casuum uidelicet ubi daret licẽtiam, uel

ſiam, uel rebanniret & pro qualibet uice, & quolibet exbannito. Et nihilominus dicta licentia ſeu rebannimentum ſit nullius ualoris. Et teneatur caſtrum ubi talis poteſtas erit officialis, & rector, de omni offenſa quæ eidem, & ſuis officialibus inferreretur per quoſcunq; de dicto caſtro uel eius territorio, niſi talem offendenté uel offendentes caperent & ducerent in fortiã cõmunis Spoleti, ut infra in capſo de electione Syndicorum cõtinetur. Et ſi caſtrum non reciperet electum in poteſtatẽ ipſius in. c c c c c. lib. deñ, & ad ſolutionem ſalarii ei debiti teneatur, ac ſi exercuiſſet officium. Nec non talibus poteſtatibus, & quibus nõ eſſet de ipſorum ſalario ſatisfactum poteſtas ciuitatis Spoleti teneatur miniſtrare ius ſummarium, & facta ei fide ab ipſis poteſtatibus per litteras cõmunis Spoleti quæ cõceduntur ipſis poteſtatibus in principio eorum officii, uel per electionem factam de eis, quæ in hoc caſu q; fuerint poteſtates dictorum caſtrorum, faciant plenam fidem, cogat realiter & perſonaliter homines dictorum caſtroꝝ, & quamlibet perſonam ſingularem ipſoꝝ. Ad ſatisfaciendũ ipſis poteſtatibus & cuilibet ipſoꝝ de ſalario eorundem, & perſona ſingularis quæ ſolueret habeat regreſſum contra cõmune caſtri pro quo ſoluit, ut ab eo in totum conſeruetur indemnis. Et ſi aliquis ex dictis poteſtatibus peteret ſibi ſolui ſalarium quod appareret eidem ſatisfactum eſſe in. c. lib deñ condemnetur

* Ex ſcdis addi. cap. 5.

* (Poteſtas autem ſiue Vicarius ciuitatis Spoleti ſub pœna. xxv. lib. deñ. Teneantur, ad petitionem poteſtatis ſeu poteſtatũ caſtroꝝ, qui ſunt fuerunt, uel pro tempore erunt exequi & executioni mandare condemnationes per ipſos in caſtris rite, & recte latas, ipſoſq; condemnatos capi facere, ac detinere non obſtante q; prædicti poteſtates tunc temporis, nõ eſſent in poſſeſſione poteſtatæ, & quod iam functi eſſent eorũ officio.) Nec non teneatur poteſtas antedictus dare dictis poteſtatibus caſtroꝝ, ut præfertur, & cuilibet ipſorũ auxilium, conſilium, & fauorẽ Ad exequendum, & executioni mandandũ ſententias, & cõdemnationes prædictas latas, datas, & factas in ipſis caſtris per ipſos uel per præceſſores ipſorũ, & eis dare pro eſecutione prædicta Nec non cauſa capiendi exbannitos & cõdemnatos, Birruarios, & famulos ipſius uiſa ſententia uel ſententiis condemnationũ, & contra quos peteretur eſecutio fieri, Debeat etiam ad ipſoꝝ petitionem poteſtas ciuitatis Spoleti mittere litteras caſtro ubi eſſent tales condẽnati q; ipſos cogant in ære, & in perſona, Donec de parte cõdemnationis ipſoꝝ talibus poteſtatibus debita ſatisfiat, ſimiliq; modo ut eis ſatisfaciant de eorum ſalariis, ubi non eſſet ſatisfactum. Si uero aliquod caſtrum eſſet negligens in faciendo quod eidẽ per præfatas litteras D. Poteſtatis mandaretur, ipſius prætoris arbitrio puniatur. Inſuper ipſi poteſtates teneantur & debeant iurare ad ſancta dei euangelia ipſorum officium poteſtariæ nõ uendere alicui, uel cõcedere aliquo pretio, uel mercede, nec nõ dare & ſoluere cõmuni Spoleti quãtitates inſcriptas pro uno anno quo durare debet officium eorum poteſtariæ. Poteſtas Cerreti. l. lib. deñ. Poteſtas Sellani, & arcis albericorũ. l. lib. deñ. Poteſtas cãmeri, & Vrſani. l. lib. Poteſtas Caſtri paterni. xxv. lib. deñ. Poteſtas Caſtri uallis. xv. lib. deñ. Poteſtas Caſtri ſancti Felicis Critarum narci & geppæ roſciani xx. lib. deñ. Poteſtas Montis Leonis, & uetranule. lxxx. lib deñ. Poteſtas caſtri gauelli, caſi, & ſcopelletæ. xx. lib deñ. Poteſtas clauani. xxy. lib. deñ. Poteſtas Ciuitelle. et Montis Sancti uiti x lib deñ. Poteſtas Ciſelli, petani, & rigodiuiti. x. lib. Deñ. Poteſtas Montis frãchi. xv. lib. deñ. Poteſtas Arronis, & caſtri lacus. xy. lib. deñ. Ptãs Meualis. v. lib. deñ. Poteſtas Aquefranche. xx. lib deñ. Poteſtas Campelli et Piſcignani. vi lib. deñ. Poteſtas Caſtri acere. iii. lib. deñ. Poteſtas ſanctæ Anatoliæ, & ſchiagini xx. lib deñ. Poteſtas caſtri Ritaldoꝝ. v. lib. deñ. Poteſtas caſtri Spine. ii. lib. deñ. Poteſtas collis marchionis. xx. ſol. deñ. Et prædictas quantitates Poteſtates præfati dent, & ſoluant infra. xv. dies a receptione officii eorum poteſtariæ ĩmediate ſequenti. Ad pœnam. xxy. lib. deñ. pro quolibet contrafaciente, & nihilominus electio & acceptatio facta per ipſum nõ ſoluentem ſit nulla & nullius ualoris, & alius ad dictum officium in ſui locũ, ut ſupra in aliis caſibus expreſſum eſt, per Dños Priores, & capitaneos artium eligatur. Et quia ordinatum eſt q; ſupradictæ quantitates per poteſtates, ut præfertur, ſoluendæ, ſoluantur pro parte condemnationum & ſententiarum quã cõmune Spoleti debet habere á dictis caſtris, Ideo prædicti Poteſtates habeant partem condemnationum quã cõmune Spoleti habere debet, cum omnibus aliis iuribus, quæ dictũ cõmune habet in dictis caſtris pro prædicto anno: quo durare debet ipſorum officiũ Reſeruatis ipſi cõmuni ſalariis focularium, & collectis. Illud autem quod ſuperius dictum eſt, ut non poſſint aliquem Vicarium cõſtituere, nec alicui cõmittere uices ſuas, et q; alii q; poteſtati nõ obediant caſtra,

& ſingulares perſonæ illorum, & q̄ Notarius reformationum non ponat in litteris talis po-teſtatis niſi nomen electi. Non habeat locum in Vicariis, & Locumtenentibus ipſorum pote-ſtatum qui eſſent de caſtris, & locis poteſtariæ talis cōcedentis & cōſtituentis Vicarium, ſed in in illis Vicariis & Locumtenentibus qui eſſent ciues Spoletani, & de aliis locis quam de p̄di ctis, & ualeat, & teneat quod fieret per tales Vicarios et Locumtenentes qui erunt de locis po teſtariæ conſtituentis & tenentis, ac ſi poteſtas prædictus perſonaliter exerceret, aliquibus ex ſupradictis non obſtantibus.

De electione Notarii cuſtodiæ, & gabellæ. Cap. XIX.

ELIGANTVR per Dños Priores populi, Capitaneos Artium uel maiorem partem ipſorum. xxiiii. Notarii Spoletani ciues & in matricula Notariorum deſcripti, & in maiori ſeu minori numero qui eiſdem electoribus uidebitur conueniens Et deinde fiant. xii cedulæ, & in qualibet cedula deſcribant' duo nomina notariorꝫ p̄dictorꝫ, quæ cedulæ omnes mittant' eodem modo plicatæ, in quodam ſacculo ſigillato ſigillo dñorꝫ Priorꝫ Qui ſaccul⁹ ſit & eſſe debeat penes Camerarium cōmunis, & tribus diebus ante finem cuiuſlibet menſis, extrahatur de dicto ſacculo una cedula in præſentia. D. Priorꝫ. Et qui reperient' in dicta cedula deſcripti, ſint Notarii ſuper cuſtodia ciuitatis Spoleti, pro uno menſe proxime futuro, & eodem modo fiat quolibet menſe ſucceſſiue donec omnes ſint extracti, & deinde in poſterum eodem modo eligantur, ut ſupra demonſtratum eſt. Notarii autem ſic extracti ea facere, & exercere teneant' quæ conſueuerunt Notarii poſiti ſuper cuſtodia p̄dicta temporibus retroactis. Et pro ipſorum ſalario & labore habeant, á, cōmune Spoleti pro quolibet ipſorum iiii. lib, deñ et. x. ſol. nec occaſione ipſorum officii plus habeant, petant, uel recipiant á' communi ſeu ſpetiali perſona, ſub pœna xxv. lib. deñ. p quolibet & qualibet uice, & ipſo officio ſint priuati, nec ad aliquod officium poſſint aſſumi in dicta ciuitate per quinq; annos, & quilibet poſſit ipſos & ipſorum quemlibet accuſare, & tenebitur ſecretus, & credetur ſuo dicto cum iuramento denuo p̄ſtañ, & medietatem banni lucrabitur. Et ſimili modo eligantur ſexdecim Notarii Spoletini, ciues, & ſcripti in matricula Notariorum dictæ ciuitatis, & deinde ipſis ſic electis fiant octo cedulæ, & in qualibet cedula deſcribantur duo nomina prædictorum. Et dictæ cedulæ immitantur in alio ſacculo ſigillato ſigillo D. Priorum, & ponatur penes dictum Camerarium, cōmunis, & tribus diebus ante finem officii Notariorum, qui ſunt ſuper gabella, extrahatur in p̄ſentia. D. Priorū, una ex dictis cedulis: & qui reperientur in dicta cedula deſcripti ſint Notarii ſuper ga-bella pro his menſibus, pxiñ. futuris incipieñ. finito offitio p̄ceſſorꝫ. Teneantur autem dicti Notarii, Apodiſſas gabellæ ſcribere, & omnia, & ſingula facere, & exercere, quæ conſueuerūt fieri retroactis temporibus pro Notarios dictæ gabellæ, Et habeant pro ipſorum ſalario, & mercede, á, cōmune Spoleti quatuor lib. deñ. p quolibet menſe: & quolibet ipſorum, nec plus occaſione ipſorum officii habeant petant uel recipiant á communi, uel ſingulari perſoua ſub pœna. xxv. lib. deñ pro quolibet & qualibet uice. Et offcio ipſo priuentur, & ad aliquod offi-cium non poſſint per quinq; annos aſſumi in dicta Ciuitate. Et quilibet poſſit ipſos, uel ipſorꝫ aliqué accuſare, & credatur ſuo dicto cum iuramento & nō reuelabitur accuſator: & dimidiū pœnæ lucrabitur.

De electione gabellariorum Portæ pro exactione gabellæ. Cap. XX.

GABELLARII portarum ſint numero. lxxii. bonæ conditionis: & famæ & homines legales eligantur per. D Priores populi tres de bullectis: & tres ſuper propoſitis. uel ipſo-rum duas partes. Deinde his ſic electis fiant triginta ſex cedulæ: & in qualibet ipſarum deſcri-bantur duo nomina p̄dictorum: & omnes iſtæ cedulæ uno modo plicatæ, ponantur in quodā ſacculo ſigillato ſigillo. D. Priorum: quod ſit penes Cancellarium cōmunis. Et ſingulis quin-decim diebus extrahantur de dicto ſacculo in p̄ſentia. D. Priorum tres ex dictis cedulis. & duo ſcripti in prima cedula: quæ primo loco extraherē ſint gabellarii Portæ ſancti Gregorii. Alii duo deſcripti in ſecunda cedula: ſint gabellarii ad portam ſancti Matthei: & deſcripti in tertia ſint gabellarii ad portam ſancti Petri pro quindecim diebus: & non ultra. Et sic quibuſlibet

quindecim

quindecim diebus, omnes dictæ cedulæ extrahantur. Quibus omnibus sic extractis, talis electio renouetur in maiori uel minori numero scdm quod supradictis electoribus uidebit expedire. Extracti autem nõ possint tale officium recusare ad pœnã xxv. lib. deñ. pro quolibet Insuper dicti Gabellarii manere debeãt ad portã eis deputatam á mane, ex quo aperietur ianua usq; ad serum quo claudetur. Et pecuniam, quæ debet solui, de quibuscunq; rebus intrantibus, uel exeuntibus Portas Ciuitatis p̃dictæ accipiant. & in capsa ad hoc deputata ut moris est reponant. Nec pro gabella soluenda accipiant pignora, sed pecuniã tantũ, & nulli faciant credentiam seu terminum ad soluendum. Habeant autem pro ipsorum, & cuiuslibet ipsorum salario tres solidos deñ pro quolibet die & quilibet iuret suum officium fideliter exercere, & qui contrafecerit in p̃dictis in .x. lib. deñ. pœñ pro quolibet & qualibet uice puniatur.

De electione officialium super catasto cõmunis, & de erroribus catasti, per ipsos corrigendis. Cap̃. XXI.

PROPONATVR in consilio populi de modo & forma eligendi officiales super catasto, & de iplorũ officio & salario, & qcqd per maiorẽ partẽ dicti Cõsilii fuerit sup hoc deliberatũ p̃sentis statuti authoritate habeat firmitatẽ. Quicũq; aũt fuerit super dicto Catasto electus non possit rem accatastatã subiecto cõi Spoleti eleuare & ipsam ponere nõ subiecto. Et qñ ponendi sunt hæredes alicuius, laycos tñ ponat in catasto p̃dicto ad pœnã quinquaginta lib. deñ. quoties contrafecerit in aliquo p̃dictorũ, & talis delinquẽs ab officio perpetuo sit priuatus. * (Additum est q̃ officiales p̃dicti qui pro tempore erunt super Catasto, uel alter ipsorũ possint unã cum assessore D. Priorũ: si adesset alias cum Priore bullectæ, qui pro tempore fuerit, quemlibet errorem quẽ inuenerint si eis uidebitur, in dicto catasto corrigere & ad debitum ordinem reducere, ut iuris fuerit. Et oĩa quæ ad officium catasti & correptionẽ eiusdem spectauerint facere, & exercere teneantur, Insuper q̃ p̃ futuris temporibus, de sex mensibus in sex menses p̃dicti officiales per Priores populi super catasto eligantur.)

* Ex p̃mis addi. ca. 39.

De electione & conductione duorum medicorum. Cap̃. XXII.

* Ex scdis addi. ca. 14. (ITEM statuerunt & ordinauerunt p̃dicti statutarii, q̃ per cõmune Spoleti eligantur & cõducantur duo medici experti & in arte medicinæ periti qui maneant, & morentur cõtinue in ciuitate Spoleti, cum salario competenti, & capitulis per cõsiliũ populi faciendis in electionibus ad ipsos transmittendis.)

De electione Magistri in Grãmatica & Logica. Cap̃. XXIII.

ELIGANTVR per D. Priores, & Consilium populi ciuitatis Spoleti. Vnus magister Ludi litterarii in Grãmatica & Logica peritus moribꝰ & uita laudabilis, & scientiaꝝ huiusmodi nõ ignarus & conducatur pro uno anno in ciuitate prædicta cum salario soliito & cõsueto sibi in principio cõductionis, & deinde de tertiaria in tertiariã soluendo, possitq; dictum salariũ per supradictos D. Priores & cõsilium populi minui & augeri secundũ q̃ eis uidebitur expedire, qui supradictus magister teneatur cõtinue in ciuitate Spoleti morã trahere & publice profiteri Necnon docere humanas litteras, Grãmaticã, Logicam & bonos & laudabiles mores quoscunq; scholares de ciuitate Spoleti ad eius scholam, discendi gratia accedẽtes.

De electione Duorũ Hoium p Parochiã, qui denunciẽt maleficia Potestati. Cap̃. XXIIII.

IN Principio regiminis Potestatis infra octo dies teneatur potestas congregare. D. Priores populi in suo Palatio, & facere ut per ipsos eligantur duo boni uiri & legales in qualibet parochia ciuitatis Spoleti, quos ipse potestas corã se faciat comparere infra .v. dies post ipsorũ electionẽ, & iurare eidẽ ptãti & suis officialibus, oĩa maleficia quæ cõmitterent in parochia ex qua sunt & malefactores, & loca ubi fuerũt commissa denunciare infra quinq; dies, postq̃ fuerint cõmissa ad pœñ. xxv. lib. deñ. quoties contrafecerint in prædictis. Insuper q̃ se præ-

sentabunt coram iudice maleficiorum qualibet hebdomada saltem semel pœna .x. lib. den. Teneatur aũt potestas curare ut fiat dicta electio per. D. Priores, anteq̃ recedãt ex palatio potestatis, ubi ad electionem dictorum Denuntiatorum erunt uocati, ad pœn. centũ sol. den. p quolibet & uinculo iuramenti, & eidẽ pœnæ subiaceãt dicti Denunciatores electi, si tale offim recusarent. Et p̃dicta non habeant locũ in maleficiis cõmissis inter familiares seu attinentes sibi adinuicem, usq; in tertium gradum, & alias personas exceptuatas á pœna p formã statutorum, & etiam in uerbis iniuriosis, non improperatoriis iniuriæ, de qua pax & concordia facta fuisset. Ab aliis autem q̃ prædictis nõ recipiatur denuntia, nisi denuntiantis interest.

De electione Sindicorum & Vallariorum, Villarum, ac massariorum Comitatus Spoleti. Cap. XXV.

SINDICI & Vallarii, ac massarii Villarum comitatus Spoleti, eligantur hoc ordine. Videlicet q̃ in principio regiminis cuiuslibet potestatis, mandato ipsius potestatis congregentur homines cuiuslibet uillæ ad sonum Campanæ, cuiuslibet ecclesiæ dicti loci, & cõnumeratis tantum maioribus .xx. annis, habeantur tot fabæ albæ quot sunt ipsi homines, & tres tantummodo sint nigræ, & ponantur in quodam capello, de quo quilibet extrahat unam, & illi tres quibus obuenerint dictæ fabæ nigræ remaneant in loco congregationis p̃dictæ, aliis recedentibus ab eisdem, & eligant ipsi uel maior pars ipsorum, Sindicũ, Vallarios & massarios de dicta Villa, & de habitatorib⁹ in ipsa, & nõ sint ciues Spoletani, nec familiares alterius. Et hãc electionem faciant anteq̃ discedant á loco p̃dicto, & non eligant patrem, filium, uel fratrem carnalem alicuius ipsoꝝ, Si secus fecerint non ualeat ipsa electio, & quilibet electoꝝ in .xxv. lib. den. condemnetur. * (Et eligant p̃dictos Sindicũ & Vallarios pro tempore sex mensium, & non ultra. Et si secus fieret non ualeat, & eligens .xxy. lib. den. pœnæ subiaceat. Quicunq; autem fuerit in aliquo dictoꝝ officioꝝ sex mensibus, non possit eodem officio fungi infra decem & octo menses, si Villa habeat .xx. focul. uel abinde supra. Si uero haberet minus uiginti, usq; in decem infra unum annum. Si uero a decem infra ad sex menses, a die depositionis officii. Si uero aliqua uilla non esset quatuor focularium, exnunc maiori uillæ proximiori adiuncta sit & addita intelligat. + (Necnon de ipsa unione homines utriusq; uillæ teneãtur & debeãt facere publicũ instrm̃ infra unũ mẽsem post publicationẽ p̃ntis statuti. Et de ipsa unione per dictũ instrm̃ fidem facere. D Potestati uel Vicario dictæ ciuitatis sub pœn. .x. lib. den. pro quolibet foculari. Q. uæ pœna eis per. D. Potestatem de facto auferatur. Et nihilominus, prædicta facere teneantur, & compellantur per Dñm Potestatem, remediis oportunis. Et uillæ sic unitæ habeantur & sint pro una & eadem uilla in omnibus, & per omnia.)Et ad emendationem damnorum, & ad faciendum omnes alias factiones, simul utraq; Villa teneatur. Et qui fuerit Vallarius, eo anno non possit esse sindicus, & econtra, nisi uilla non haberet uel nõ reperirentur in ea ultra quatuor focularia, quo casu possit eligi unus qui sit Sindicus & Vallarius, sub dicta pœna in casu quolibet, si officium acceptauerit imponenda. Et si uilla nõ creauerit dictum Sindicum, & Vallarios, in principio officii cuiuslibet Potestatis, infra .x. dies cum requisitione uel sine dicti pretoris soluat nomine pœnæ, uice qualibet .xxv. lib. den. Qui autẽ fuerit Sindicus alicuius uillæ non possit nec debeat aliquam collectam imponere uel facere aliqua ordinamenta, nisi cum uoluntate hominum dictæ uillæ, & de expressa licentia. D Priorum populi uel maioris partis ipsorum. Quod si secus fieret, sit irritum, & inane, & contrafacientes pœnæ subiaceant supradictæ. Ipsi uero Sindici, & Vallarii teneantur malefactores assignare cuiuslibet dãni, qd fieret in uilla infra .v. dies postq̃ dãnũ fuerit illatũ ad pœn. x. lib. den. p quolibet & q̃libet uice. + (Necnõ denuntiis, siue accusis Sindicoꝝ in dãnis datis dũtaxat adhibeatur plena fides, si pœna ex denuntiatione uel accusatione eorũdẽ nõ transcendat quantitatem decem lib. den. Abinde uero supra stetur & relinquatur dispositioni Statutorum loquen. in criminalibus & maleficiis, quoad modum procedendi super denuntiis, & accusis. Et cum dictis Sindicis, & uallariis plena fides adhibeatur, si agatur criminaliter, ubi requirunt probationes Luce clariores, & contingeret aliquem agere ciuiliter & petere a dictis Sindicis sibi dãnum emẽdari, uel malefactorem assignari, uoluerunt dicti Statutarii q̃ tunc dictis Sindicis, & uallariis adhibeatur plena fides cõtra eos quos assignauerint pro malefactoribus, si fuerint

* Ex p̃mis ca. 8.

+ Ex scdis addi. cap. 20.

+ Ex p̃mis addi. ca. 8.

fuerint de eorum uillis. Et talem assignatum pro malefactore possit damnum passus conueni re ad emendationem damni sibi illati, uigore dictæ assignationis, si quantitas non trascendat centum sol. den. Abinde uero supra debeat legitime probari estimatio damni prout requiritur in maleficiis.

De electione Sindicoꝝ castrorum, Promissione per ipsos prestanda. Cap̃. XXVI.

PRECIPIAT potestas Ciuitatis Spoleti, qui erit de mense Maii quolibet anno, dicto mense cuilibet uniuersitati, cui cõmune Spoleti daret Signoriam seu Potestariam, per litteras ipsius continentes causam requisitionis, & non fiat dicta requisitio per bandimentum ne possit ignorantia allegari & dici ꝙ uox præconia paucis innotescit. Quod faciant sindicum ad omnia infrascripta uidelicet ꝙ habeat in mandatis promittere ipsi potestati noïe, & uice cõis Spoleti, & oĩum quorum interereit stipulanti ꝙ recipiet ipsa uniuersitas cuius est sindicus potestatem quem sibi dabit cõe Spoleti, ea qua decet reuerentia & ipsum nõ offendere, nec offendi facere, uel aliquem de sua familia in persona uel rebus, & si aliquis in territorio ipsius Castri offendet ipsum potestatẽ uel aliquem de sua familia, & homines ipsius castri, nõ ducerẽt ipsum malefactorem in fortiã cõis Spoleti, et D. Potestatis cum effectu infra secundum diem post maleficium cõmissum, ipsa uniuersitas soluat cõi Spoleti duplũ pœnæ cõtentæ in statuto dicti cõis de tali maleficio loquente. Et si maleficium accideret, unde malefactor deberet in persona puniri, ꝙ dictum castrum, dicta uniuersitas, soluat nomine pœnæ cõi Spoleti duo milia lib. den. & ꝙ ipsa uniuersitas non receptabit aliquem exbanditum, uel cõdẽnatũ cõis Spoleti. Et ꝙ nõ faciet aliquod statutum uel decretum contra cõe Spoleti, & eius libertatem uel iurisditionem. Necnon ꝙ quolibet anno, & quotiens sibi fuerit iniunctum faciet statutum ipsius castri afferre & tradi illi officiali, cui per Priores populi cõmitteretur ad uidendum examinandum, & corrigendum Et uiso mandato, in quo cõtinentur omnia supradicta faciet dictus sindicus dictam ꝓmissionem manu notarii reformationũ & penes ipsum Notarium remaneat sindicatus. Et pro prædictis omnibus & singulis obseruandis. det dictus Sindicus fideiussores idoneos. Si autem non ueníret cũ dicto sindicatu, in termino sibi assignato, & recusaret facere dictam promissiouem dicta uniuersitas in. c c c c c lib. den. cõdẽnetur. Et potestates qui fuerint pro tempore faciant hec omnia executioni mandare sub pœn. c c c c c. lib. den.

De electione superinstantis super reformatione aqueductus & fontium. Cap̃. XXVII.

LICET officio assessoris D. Priorum attribuatur potestas reparandi, & reaptari curandi aqueductus, fontes & pontes & his silia, Quia tñ solet efficacius adimpleri, quod specialius iniungitur, q̃ quod alteri generaliter imponitur. Ideo p̃dicti. D. statutarii statuerunt & ordinauerunt ꝙ per Priores populi & capitaneos artium, uel maiorẽpartem ipsorũ eligatur quidam bonus homo & ciuis Spoletanus, qui sit superinstans, aqueductus Vallechiæ, & curticcioni á uenis ipsarum aquarũ usq; ad ciuitatem Spoleti & per ipsam ciuitatem, cuius officium duret uno anno cum salario. xxv. lib den Et talis supinstans teneatur uinculo iuramenti quilibet ebdomada adminus semel uidere, examinare, & discutere dictos aqueductus & actare, & manu tenere. Ita ꝙ aqua ipsoꝝ tempore imbrium non possit turbari. Et nulla turpitudo uel putredo possit ibidem immitti uel proici. Et similem curam & sollicitudinem habeat super fontibus plateæ fori, & plateæ diuæ mariæ, & eos teneatur facere purgare, & reparare quando fuerit oportunũ. Et si eos in aliqua parte inuenerit deuastatos, curet ut reaptentur, q̃to citius potent, & aqua in eosdem remittatur, ita ꝙ ex eis non exeat uel labatur. Necnon teneatur denuntiare. D. Potestati deuastantes ipsos aqueductus si sciuerit. Si autem denuntiet Villam uel castrum in qua uel in quo fractus uel deuastatus esset, uel illum iuxta cuius possessionẽ fuerit ut prædicitur denastatus, Et tunc castrũ uel uilla uel ille cuius est possessio, iuxta cuius possessionẽ fractus reperitur, uel ingommoratus, quodq; uel qui denuntiatũ fuerit teneatur reaptare & remundare oĩbus suis sumptibus & expensis, sed si castrũ uel uilla fuerit alicuius spãlis personæ Dñs castri uel uillæ teneatur ad prædicta. Et nihilominus tale castrum uel uilla, uel dñs cuius esset in. x. lib. den. cõdemnetur. Et si dicti aqueductus essent deuastati, uel ingommorati, aliter

q̃p defectu, uel opere alicuius faciat p̃dictus superinstans, reaptare expeñ. Cõmunis, uel expeñ. eorum, qui cõduxerint molendina cõis, si ad prædicta tenent̃ ex aliquo pretio in cõductione declarato. Et prædicta oĩa & singula teneatur p̃dictus superinstans attẽdere & obseruare uinculo iuramenti & pœñ. x. lib. deñ.

De electione secretorum custodum eligendorum in ciuitate Spoleti, & in qualibet uilla comitatus ipsius super dãnis datis, & q̃ familia potestatis scrutetur pro ipsis damnis datis. Cap. XXVIII.

SECRETI custodes quatuor, uel duo secundũ qualitatẽ cuiuslibet uille comitatus Spoleti eligantur in qualibet Villa, sed si uilla nõ haberet decem foculares eligatur tantũ unus custos. Et potestas teneatur & debeat infra quindecim dies post introitum sui officii uinculo iuramenti, & pœna. l. lib. deñ. fieri facere electionem dictoq̃ custodũ. Quorum custodum officium sex mensibus tantũ duret. Et qui fuerit in dicto officio non possit esse in eodem infra annum. Qui custodes denuntiare & accusare teneantur oẽs damnũ dantes in ipsorum uillis in quibuscunq̃ rebus & possessionibus infra octo dies, a, die damni dati cõputandos, ad pœnã. x. lib. deñ. pro quolibet, & uinculo iuramenti, quod præstare teneatur de obseruañ. p̃dicta. Et ac cusationi & denuntiationi cuiuslibet talium custodum cum iuramento denuo præstañ. super ipsa stetur & credatur, & habeatur pro plena, & legitima probatione, & habeat dimidiam partem pœnæ. Et qualibet ebdomada se p̃sentent semel corã officiali damnorũ datorũ pœna. x. lib. deñ. Et post factam denuntiam habeat talis custos ire ad camerarium cõmunis, & sibi denuntiare simili modo damnum dantes, & quos denuntiauerit officiali damnorum datorum sub pœna. x. lib. deñ. Et dictus camerarius teneatur facere unum librum, in quo sint scripte dictæ denuntie manu sui notarii, & quolibet mense uadat camerarius prefatus ad. D. Priores cũ dicto libro, & per dictos Priores mittatur pro notario damnorũ datorũ, & cum ipsis fiat examinatio talium denuntiationũ & uideatur quid factum est super dictis denuntiis. Et ubi inueniretur notarius negligẽs notificetur ptáti. Et nihilominus scribatur per notarium reformationum talis defectus, ut sindicatus tempore condemnetur. Notarius autem damnorũ datoq̃ teneatur uinculo iuramenti & pœna. xxv. lib. deñ. dare nomina custodum de ciuitate, & comitatu Camerario cõis secundo die post ipsorum electionem. Et ad similem notificationẽ & oĩa supradicta teneantur custodes ciuitatis sub eadẽ pœna & camerarius, & notarius ipsius teneãtur p̃dicta omnia & singula obseruare ad pœnã. xxv. lib. deñ. pro quolibet & uinculo sacramenti. Et si aliquis dictorum custodum falso denuntiauerit ea pœna qua puniri deberet denũtiatus condemnetur, & expensas omnes reficiat cuilibet accusato. Et potestas teneat̃ & debeat mittere familiam suam ad portas ciuitatis Spoleti, & extra ipsam ciuitatem per unum miliare circumcirca ciuitatem prædictam, saltem bis in qualibet ebdomada pro damnum dantibus & fructus prohibitos deferentibus ad scrutandum sub pœna. xxv. lib. deñ. in quibus quoties fuerit negligens condemnetur. Et habeat dicta familia medietatẽ Pœnæ quã soluerint illi quos inuenerint dãnũ dare, & fructus uetitos portare, & cuiuslibet ipsoq̃ relationi cum iuramento denuo præstando credatur, & talis relatio habeatur pro plena & legitima probatione. Sit tñ licitum cuilibet de possessione sua quos uoluerit fructus colligere & deferre cum bullecta potestatis, uel Priorũ populi cum iuramẽto ipsius apportantis quod deportet de possessione sua uel domini sui, uel ipsius cuius possessionem laborat. Priores autem populi, qui calendis mensis Maii extracti fuerint teneantur & debeant uinculo iuramenti, & pœna. x. lib pro quolibet infra. xy. dies post eorum introitum eligere quatuor custodes secretos pro qualibet uayta, homines qui pro laboritiis faciendis, uel pro suis factis consueti sint ire extra ciuitatẽ Spoleti & prope ipsam ciuitatem per unum miliare circũcirca. Qui teneant & debeãt denuntiare dãnũ dantes in possessionibus quæ sunt intra ciuitatem Spoleti, & extra ipsam per unum miliare & medietatem pœnæ habeant, & credatur relationibus eorundem. Et eodẽ modo, & forma dicti tales custodes teneantur denuntiare damnum dantes, & simili pœnæ subiaceant si fuerint negligẽtes, & falso denuntiauerint prout supra de comitatensibus custodibus est expressum. * (Potestas uero & Vicarius ciuitatis Spoleti teneantur uinculo præstiti iuramenti & pœna. xxv. lib. deñ. de suo salario retineñ singulis ebdomatibus mittere bis unũ ex Notariis suis cum

* Ex sedis addi. ca. 2.

ſuis cum aliquibus ex berroariis ad inquireñ. pro damnis datis in poſſeſſionibus poſitis ultra unũ miliare, a, ciuitate Spoleti uſq; ad quatuor miliaria, a ciuitate prædicta incluſiue, nec querant ſecunda hebdomada pro dictis damnum dantibus in locis, in quibus præcedente acceſſerint hebdomada, & ſic quereñ, diſcurrant per loca circum circa ciuitatem qui ſimili modo habeant, & habere debeant medietatem pœnæ, & credatur relationibus eorundem cum uno teſte de uiſu, Et ſubiaceant, ſi fuerint negligentes, & falſo denunciauerint, pœnis prout ſupra de comitatenſibus, & ciuitatis cuſtodibus eſt expreſſum Quilibet aũt poſſit de damnis datis accuſare, tam in ſua poſſeſſione, quã alterius, & teneatur ſecretum, & credatur accuſatori cum iuramento, & uno teſte de uiſu.

De electione duorum operariorum & notarii ſuper introitu, & exitu, ac fabrica eccleſiæ ſanctæ Mariæ cathedralis eccleſiæ ciuitatis Spoleti. Cap. XXIX.

DVO boni uiri maiores xl. annis ſuper opere eccleſiæ sãctæ Mariæ maioris de Spoleto, & unus Notarius pro ſcribeñ. introitus, & exitus oblationum, quæ fierent ad imagines dictæ eccleſiæ per Priores, & cõſilium populi eligantur, ante finem officii eorũ, qui tunc erunt in officio dicti operis, ad pœnã. xxv. lib. deñ. pro quolibet ipſorũ priorũ ſi ipſam electionem non fecerint ut teneantur, & ipſorũ officium duret uno anno. Et qui ad illud fuerit nõ poſſit eſſe ad idẽ infra tres annos, a, die depoſitionis officii antedicti. Teneantur aũt dicti hoĩes ſollicitare, & procurare ad poſſe q; dictũ opus compleatur. Et oẽs oblationes quæ fierent ad dictas imagines colligantur, & reponantur in pilone qui eſt in dicta eccleſia, & claudat' duabus clauibus, quarũ unam teneat unus ex capellanis dictæ eccleſiæ, & aliã dicti homines. Et ipſas oblationes quoties eis uidebitur, extrahãt de dicto pilone, & in utilitatẽ cõuertant operis prædicti. Et ſingulis tribus menſibus de dictis introitibus, & expenſis camerario ſupradictæ eccleſiæ reddant rationẽ ſaluo q; quindecim diebus ultimis ipſorũ officii nihil expendere poſſint de introitibus antedictis, ſed ipſos introitus reaſſignent fideliter ſucceſſoribus eorundem, ad pœnã. xxv. lib. deñ. pro quolibet imponeñ. Et q; oĩa palia oblata, & offereñ. in feſto ſanctæ Mariæ de Auguſto, debeant conſeruare, & alicui perſone non dare, nec cõcedere, imo ipſa reponant, oſtendeñ. in dicto feſto cum aliis paramentis. Et finito ipſoꝝ officio corã Prioribus qui tunc eſſent in officio prioratus, teneant' reddere rõnem. Et quia qui ad onus eligitur expelli nõ debet, a, mercede gaudeant prædicti boni homines, & Notarius immunitate uidelicet q; non teneantur ad aliquam cuſtodiam ciuitatis neq; inhoſtilitatem, uel caualcatam accedere tempore ante dicto.

De electione Aduocati, & ſyndici cõmunis. Cap. XXX.

STATVTVM eſt, quod nomina omniũ doctoꝝ, & procuratoꝝ ciuitatis Spoleti. In breuiculis deſcribantur, & in principio cuiuſlibet anni, breuiculũ unũ unius doctoris nomen continens, & alterũ procuratoris cõtinens nomen extrahantur ex buxulo, qui pro uno anno inde ſubſequuturo, ſint aduocatus, & procurator, ſiue ſyndicus cõis Spoleti, & pro eo anno ſalarium habeant hactenus ſolitũ, & pro eo debeant in quibuſlibet cauſis cõis Spoleti, in ciuitate Spoleti uentilandis patrociniũ ſedulũ præſtare. sancitũ eſt inſuper, q; Aduocatus, & procurator cõis Spoleti prædicti, qui pro tempore erunt, debeãt, & ualeant intereſſe cõſiliis populi celebrandis, ut alii cõſiliarii, ad id electi, qui uinculo præſtiti iuramenti, & pœna. xxv. lib. ipſo facto, per eos incurrenda, in caſum cõtrauentionis, poſtq; per uiros cõſulares, conſultum, & arengatum fuerit, ſi quid contra formã ſtatutoꝝ ciuitatis Spoleti, uel in eiuſdem cõis damnũ, uituperiũ, & iacturam, conſultum. & arengatum eſſet, adſcendendo pulpitũ, ambo ſigillatim ſinguli Aduocatus ſcilicet, & procurator, debeant id expreſſis uerbis cõſiliariis omnibus ibidẽ exiſtentibus declarare, & habeant prædicti Aduocatus, & procurator uocem, & emolumenta aliorum cõſiliariorum, & debeãt pro pauperibus, & miſerabilibus perſonis gratis, & ſine ulla mercede patrocinari in eorum cauſis.

De electione Duoꝝ hominum qñ fit monstra equitũ & peditum. Capᵖ. XXXI.

SVPER monstra equitum & equorum & peditum ciuium, & forensium, & aliis quæ ad monstram spectant eligẽtur duo boni homines populares per D. Priores populi pro tempore, & cum salario ꝙ eis uidebitur conuenire.

Quod si prima Electio nõ ualuerit, possit iterato fieri per electores eosdẽ. Capᵖ. XXXII.

SI ELECTIO quæ fieret per electorẽ, uel electores alicuius officialis in aliquo consilio arẽga, uel alibi, ex eo ꝙ electus ad dictũ officiũ ad quod electus est eligi nõ ualeret, per illũ uel illos qui primo eligerũt alius idoneus eligat. Saluo ꝙ id quod supradictũ est de electione potestatũ castroꝝ, & quorũcũq; aliorꝝ officialiũ quorꝝ si nõ teneret electio deberet iterato fieri per Priores, uel aliud cõsiliũ, electio ꝑdicta in sua remaneat roboris firmitate.

De nõ eligendo Notarios extra ciuitatẽ & districtũ Spoleti, ad exercendum aliquod officium in castris. Capᵖ. XXXIII.

CASTRVM aliquod districtus Spoleti nõ eligat aliquẽ notariũ ad operandũ, aliquod officium in dicto castro aliunde ꝙ de ciuitate & districtu Spoᵗ & si aliter fieret non ualeat, & ipsius scripturis fides nullatenus habeatur, qui elegerit & electus acceptans in c. lib. denᵃ. pro quolibet, & uice qualibet condemnet. Et sub dicta pœna nõ permittat ptãs ipsius castri eidẽ offic ali sic electo officiũ operari, & ad petitionẽ cuiuscũq; notarii ciuitatis Spoleti possit & debeat potestas contra castrũ inquirere, ꝙ contrafaceret in prædictis.

Quod nullus electo[r] eligat patrem filiũ uel aliũ de sua familia. Capᵖ. XXXIIII.

ELECTOR alicuius officialis, nõ eligat ad officiũ ad quod aliquẽ habet eligere, patrẽ, filium, fratrẽ carnalẽ, uel nepotem, uel aliquẽ cum quo habitet uel se ipsum. Etsi cõtrafecerit in xxv lib. denᵃ. uice qualibet condemnetur. Et nihilominus talis electio nõ ualeat ipso iure. Et si officium acceptaret electus pœnæ subiaceat supradicte. Saluo ꝙ hoc non intelligatur in electoribus ptãtũ castroꝝ per cõsiliũ populi, uel Priores cũ capitaneo artiũ faciendis.

Quod nullus uno & eodẽ tpe possit habere ultra unũ officiũ cũ salario. Capᵖ. XXXV.

ULTRA unũ officiũ, eodẽ tẽpore, cum salario per cõe soluenᵃ. ciuis aliquis Spoᵗ. nõ possit habere, & si quis cõtrafecerit in xxv. lib denᵃ. cõdẽnet. Et electio quæ de tali fieret non ualeat ipso iure. Et hoc locũ nõ habeat in hiis, qui extraherentur Priores, uel tres super propositis, uel de bullecta, nec in consiliariis consilii populi, & capitañ. artiũ qui possint ad hec officia eligi, & assumi nõ obstante ꝙ aliquod officium habeat in cõmuni, & etiã ipsis existenᵃ. capitaneis artiũ, consiliariis populi & tribus super ꝓpositis, & bullecta, possint ad alia officia eligi cum salario si tempore electionis officii, aliud officium non haberent, prohibitione facta prioribus quod ad alia non eligantur officia semper salua.

De electione Capitaneorum partis guelfe. Capᵖ. XXXVI.

PARTIS guelfe capitaneoꝝ electio hoc mõ exequatur, ꝙ in cõsilio populi ꝓponat de eoꝝ electione, & quo ordine ꝓcedenᵃ. sit. * (Et si uidebitur unus sit nobilis & alter popularis.) Et nihilominus quod in dicto cõsilio deliberabitur plenã habeat roboris firmitatem. Possint autem dicti capitanei qui erunt extracti seu deputati ire quotienscunq; uoluerint, & intrare ad D. Potestatẽ, et D. Priores populi. & cum eis conferre de statu pacifico populari dicte ciuitatis, & saltem semel in mense sollicitare potestatẽ, & Vicariũ suosq; officiales quod maleficia puniantur, cum illa societatẽ hominũ quæ eis uidebit cõuenire. Et habeãt sigillũ, cum quo possint quas uoluerint literas ꝑ statu & cõseruatione partis guelfe transmittere, & sigillare, quod

* Ex ꝓmissa addica

re, quod ſigillū habeat ſemper unus ex capitaneis ante dictis, qui capitanei habeant omnem authoritatem & baliā quæ per ſtatuta ciuitatis prædictæ inueniuntur eiſdē conceſſa:

De electione notariorum cauſarū ciuilium ciuitatis Spoleti. Cap̄. XXXVII.

AD CIVILES cauſas ſcribendas, & alia conſueta in curia poteſtatis, & Vicarii, pro ſex menſibus incipiendis in principio officii cuiuſlibet poteſtatis ſeu uicarii eligantur ſeptem Notarii Spoletini in matricula notariorū ſcripti, eo modo, & forma quibus capitaneis collegii notariorū, & cōgregationi ipſorū uel maiori parti placuerit, & uidebitur cōuenire Dū modo qui electi fuerint ad dictū officiū, ipſum exerceant per ſeipſos ad pœnā .xxv. lib. deñ. p quolibet & qualibet uice. * (Et ſcripturis dictorū notariorū plena adhibeat' fides etiā ſi uacationē duorū annorū nō habuerint per antea, a, dicto officio, & p ſcripturis incauſis ciuilibus publicis iudicialiter, pductis & regiſtratis & copiatis & apud notarios repertis, licet originalia iſtrumēta reſtituta fuerint plena adhibeatur fides prout publicis reſtitutis.) * (Et ſi aliquorū notariorum præmortuorū ſcripturæ cauſarum ciuilium uel abſentium reperirentur abbreuiatæ uel ſignatæ more notariorū intelligantur, & ſint ac habeantur pro extenſis, & plenam faciant fidem prout ſi eſſent extenſæ ſecundū moré & cōſuetudinē ipſorū notariorū.)

* Ex ſcdis addi. ca. 29

* Ex p̄mis addi. ca. 25

Quod aliquis qui non ſit ſubiectus cōi Spoleti nō poſſit eligere, uel eligi ad aliquod officium in cōmunì. Cap̄. XXXVIII.

NON ſubiectus cōi Spoleti: Et qui in curia cōis Spoleti ciuiliter, & criminaliter nō ſe conſtrinxerit eligi nō poſſit ad aliquod officiū in cōi, nec ipſe ad aliquas Sortes ire præſumat tempore alicuius electionis, nec aliquē ad aliquod officium eligere. Et qui cōtra formā præſentis ſtatuti talem nō ſubiectū eliget in quinquaginta lib. deñ cōdēnet', & electio ipſa nō ualeat ipſo iure. & electus, a, tali nō ſubiecto ſi officiū ad quod fuerit electus acceptauerit in ſimili pœna cōdemnet'. & exercere nō poſſit officiū antedictū. Et poteſtas teneatur inquirere ſup prædictis, Et ad probandū q̄ aliquis nō ſit ſubiectus cōi Spoleti uel q̄ ciuiliter, & criminaliter ſe in curia dictì cōis nō conſtringat ſufficiat duorū fidedignorū teſtiū famæ publicæ depoſitio, & habeatur pro plena, & legitima probatione.

Quod qui fuerit electus ad aliquod officiū ciuitatis debeat per ſeipſum perſonaliter exercere. Cap̄. XXXVIIII.

ELECTVS ciuis ad aliquod offm̄ in ciuitate Spoleti, & qui in poſterū eliget', qm̄ ipſius induſtria preſumit' facta electio per ſeipſum exerceat, & alteri non cōmittat. Et ſi quis cōtrafecerit in .xxv. lib, deñ cōdēnet'. Et qui pro tali electo ipſum officiū exerceret eandē pœnā ſoluere teneat', & ipſorū uterq; tali officio ſit priuatus, & ad aliquod officiū infra qnquenniū, eligi nō ualeat in cōi. Niſi eſſet graui infirmitate detentus, quo caſu ſi officiū ſit notariatus ad quod fuerit electus de cōſenſu. D. Priorum uel trium partiū ex eis poſſit alteri cōmittere uices ſuas, pro illo tantum tempore quo durat infirmitas, & non pluri'

De electione cuſtodis carcerum cōmunis. Cap̄. XXXX.

CVSTOS carceris cōis per octo dies ante finē tēporis præſentis cuſtodis per. D. Priores & cōſiliū populi eligat'. In quo cōſilio ꝓponat' de cuſtodia, & conceſſione carceris, & de modo tenendo de p̄dictis. Et ꝓut deliberatū fuerit in dicto cōſilio, ita executioni mandetur, aliter uendi nō poſſit, nec aliquo modo concedi. Et quicunq; fuerit electus ad cuſtodiam carcerū ſupradictā teneatur idonee ſatiſdare.

De electione quatuor hominū ſuper inueſtigatione bonorū cōis. Cap̄. XXXXI.

TENEANTVR .D. Priores uinculo iuramenti & pœna .xxv. lib. deñ. pro quolibet eligere quatuor bonos, & legales uiros infra quindecim dies poſt publicationē p̄ſentiū

XIIII v

ſtatutoꝝ qui præſtito iuramento de faciendo bona fide ipſum officium, poſſint, teneantur, & debeant infra duos menſes inquirere & inueſtigare pro bonis, poſſeſſionibus iuribus, iuriſdi-tionibus, & pactis caſtrorum, & cõmunis Spoleti. Et ea quæ inuenerint occupata, & deficere infra dictum tempus D. Prioribus & conſilio populi referant & conſignẽt. Et quicquid tũc in dictis conſiliis ſuper dictis rebus deliberabitur occupatis, executioni mandetur per. D. Po-teſtatem, Vicarium, alium officialem quemlibet, cui imponeretur, & cõmitteretur aliquid de prædictis ſub pœna. c. lib. deñ. quoties contrafecerit in aliquo prædictorum.

De officio Bannitorum, & de his quæ ſpectant ad eorum officium. Cap. XXXXII.

BANNITORVM officium cõmunis Spoleti ſit & eſſe debeat bannire & bannimẽta facere, & ſubhaſtationes, & bãnire feſtiuitates & mortuos. Et oĩa & ſingula facere quæ ad eorum officium diſpoſitione præſentis ſtatuti uel alias de conſuetudine ſpectant & pertinent ꝙ ſi aliquis ipſorum recuſauerit in. xl. ſol. uice qualibet cõdemnetur pro quolibet. Et quilibet accuſator eſſe poſſit, & ſacramento accuſatoris credatur quæ pœna exigi poſſit, & debeat per quemcũq; officialem de facto ſine ſtrepitu, & figura iudicii. Poſſint aũt bannitores prædicti citationes & relationes facere & omnia alia quæ ſpectant ad officiũ baiuloꝝ & ꝙ quilibet baiulus cõmunis Spoleti facere & exercere poteſt & pro ueris & legitimis baiulis habeantur. Et nullus ipſorũ poſſit eẽ procurator, tutor, uel curator, uel ſindicus alicui, niſi ſindicus cõis Spol. ad eandem pœnã, & ſi fuerit non ualeat neq; teneat ipſo iure. Et ꝙ non poſſit eſſe de aliquo conſilio nec ad breuia ire uel aliquam electionem facere ſub pœna prædicta, & ipſius electio ipſo iure ſit nulla. Et quilibet ipſorũ anno quolibet ꝓ ipſoꝝ ſalario habeat & habere debeat a cõmuni Spoleti lib. duas deñ. quas camerarius cõmunis Spol. ſoluere teneat & debeat uinculo iuramenti præſtiti habita, & recepta prius apodiſſa, Nullus autem ipſorum bannitorum debeat ire ad repræſentadũ electionem alicui officiali forenſi qui per cõmune Spoleti ad aliquod officium uocatur Et ꝙ ipſi bannitores quolibet anno infeſto. S. Mariæ de Auguſto habeant & habere debeant a cõmuni Spol. pro quolibet ipſoꝝ bannitorũ pro uno pari pannoꝝ cum fodero lib xxxy. et ſol. xv. quã q̃titatẽ priores populi Spoletini faciant p̃dictis bãnitoribus & cuilibet ipſorũ per camerarium cõmunis ſine aliqua ſolutione gabellæ uinculo præſtiti iuramẽti recepta tamen apodiſſa dare & ſoluere, & de ipſis denariis debeant ipſi bannitores, & quilibet ipſorum emere ſibi pannos cum fodero, quibus induantur bãnitores prædicti, qui Bannitores extra ciuitatẽ Spoleti & eius territoriũ exire nõ ualeant ſine expreſſa licentia. D. Priorum uel duarum partium ex eis ſub pœna. x. lib. deñ. pro quolibet & qualibet uice.

De electione Baiulorum cõmunis Spoleti, & de his quæ in ipſorum officio debeant exercere. XLIII.

BAIVLI ſint & eſſe debeant in ciuitate Spoleto omnes qui modo ſunt & firmi remaneãt in officio donec fuerint reprobati uel per. D Priores populi reuocati quam reuocationẽ & reprobationem facere poſſint prout eis placuerit, & loco reuocati ſeu reuocatorũ alium & alios ſubrogare & eligere. Qui autem denuo eligentur iurent & iurare debeant ad ſancta dei euangelia officium baiulatus legaliter exercere & relationes ueras & bona fide facere & obſeruare omnia & ſingula quæ in præſenti capĩo continentur, & tam illi qui ſunt in officio q̃ taliter eligendi poſtquã iurauerint modo prædicto habeantur, & ſint ueri baiuli cõmunis Spol. donec fuerint reuocati. Teneantur autem dicti bayuli, & facere debeãt omnes citationes ciuiles & criminales, pignorationes, & omnia & ſingula ad baiulatus officium ſpectantia & pertinentia tam ex forma ſtatutorum q̃ ex laudabili conſuetudine. Et quæ facta ſunt uel fierent per ipſos ualeant & teneant. Et ꝙ citationes quaſcunq; in ciuilibus cauſis, & primam in criminalibus facere poſſint ſine aliqua cõmiſſione & quolibet loco, & quolibet die ẽt feriato authoritate p̃ſentis ſtatuti, & ipſorũ & cuiuſlibet eoꝝ relationi ſtetur & credat tanquã publicis inſtrumentis, quam relationem facere teneantur infra tertiam diem ad pœnã c. ſol. deñ. quoties cõtrafecerint Et ad petitionem cuiuſcunq; teneantur & debeant facere omnes & ſingulas citationes requiſitiones & præcepta prout unicuiq; ipſorum imponeretur tam in ciuitate Spoleti

comitatu,

comitatu,quam etiam in diſtrictu.Et ſi quis recuſaret alicui petenti facere ambaſſiatam,Citationtm ſeu aliud quod ſpectet ad officium baiulatus puniat de facto pro qualibet uice in.xxv. ſol.deñ.Et detineatur in carceribus communis donec camerario ſoluerit dictam pœnam. Et quilibet officialis cõmunis Spoleti ad petitionem cuiuſlibet conquerentis cuius dicto cum iuramento ſtetur pœnam prædictam exigere poſſit,quorum baiulorum nullus poſſit eſſe procurator, Tutor,curator.uel Sindicus alicuius uillæ,&ſi fuerit conſtitutus uel factus,Seu in futurum conſtitueretur non ualeat,neq; teneat ipſo iure,& condemnetur pro quolibet & qualibet uice qua operatus fuerit procurationem, Tutelam curam,uel ſindicatum in.xxy.lib.deñ.Teneantur etiam & debeant baiuli prædicti habitare in ciuitate Spoleti continue. Et ad ſolutionem collectarum nullatenus teneantur ſi non fuerint extimati,a,centum lib.ſupra.ita q; ut uſq; in quantitatem centum lib.immunitatem habeant. Et pro eorum mercede pro qualibet citatione & relatione recipiant in ciuitate & burgis Spoleti duos trientes,& ſi fuerint plures homines citati ad petitionem unius habeant pro quolibet citato ultra Tres unum quatrantem ſeu quatrenum.Et ſi citatio facta fuerit extra ciuitatem pro quolibet miliari habeant & habere debeant ad plus pro quolibet quatuor quatrenos,& ſi fuerint plures citati ad plus pro quolibet homine habeant unum quatrenum.Pro tenuta uero danda in ciuitate Spoleti ſex quatrantes,extra ciuitatem uero infra unum miliare duodecim.Si uero ultra miliare arbitrio iudicis mercedem recipere debeant. Pro pignaratione uero ſeu executione in ciuitate pro quolibet floreno quatrenos quinq;,extra uero ciuitatem arbitrio iudicis,pro longitudine itineris ſecundum laborem dummodo dictum arbitrium non excedat ultra quantitatem decem quatrenorum pro quolibet floreno.Et ſi in capieñ aliquem bannitũ uſi fuerint opere & induſtria unde captura ſecuta fuerit arbitrio.D.Priorum pro labore & induſtria mercedem recipiant. In omnibus autem aliis ipſorum ambaſſiatis & officio remaneant in prouidentia iudicis qui ipſos mittit & cuius mandato dicta officia & ambaſciatas faciunt modo & forma ſuperius declaratis.Si uero iuerint pro factis cõmunis habeant,a,cõmuni pro ſuo ſalario quolibet die ſecundum conſuetudinem hactenus obſeruatam.Prima uero citatio fiat ſemper & fieri debeat expeñ.actoris,ſeu accuſatoris in quacunq; cauſa.Secunda uero & aliæ expenſis rei,& accuſati in prima citatione contumacis.Et ſi Baiulus primus recuſauerit facere Secundas citationes expenſis contumacis puniatur in.xx.ſol uice qualibet eidem de facto Aufereñ.per militem poteſtatis ad petitionem cuiuſlibet conquerentis,& eidem pœnæ ſubiaceat ſi ultra dictum precium receperit uel dictam ambaſciatam renunciauerit,De quo credatur accuſatori præſtito iuramento,& quilibet poſſit eſſe accuſator,Baiulus uero qui ad aliquam executionem facieñ. iret non audeat nec præſumat ſeu poſſit deuaſtare uel rumpere cornices,hoſtia,uel feneſtras, nec propignore accipere arma equos ſellam frenum pannos muliebres uel de lecto,Boues aratorios uel aliqua iſtrumenta ruralia ſi alia pignora inuenirentur ſuper quo uti debeat diligentia nec intrare aliquam cameram.Et prædicta intelligantur ſine præiudicio contentorum in capitulis nouiter æditis &approbatis per Magnificum.D.Bernardinum Ruffum Locumtenentem ciuitatis Spoleti quibus in aliquo derogatum eſſe non intelligatur.

De officio Depoſitarii pignorum. Cap. XXXXIIII.

SIT ET ESSE debeat in ciuitate Spol.unus depoſitarius pignorum electus per.D.Priores,uel alias iuxta conſuetudinem præteriti temporis,& ſi uideatur de habitantibus iuxta plateam fori.Qui in introitu ſui officii iuret & iurare debeat huiuſmodi officium legaliter & bona fide exercere & ſeruare,ac cuſtodire omnia pignora quæ ſibi per officiales & baiulos aſſignabuntur ad quorum aſſignationem dicti officiales & baiuli faciendam teneantur & obligati ſint ea die qua ipſi acceperint uel ſequenti ad pœnam,x.lib.pro quolibet eorum contrafaciente & pro quolibet pignore.Qui Depoſitarius teneatur facere duos libros unum ſcilicet

pro ſe, & alium tradat cancellario. D. Priorum, in quo libro ſuo teneatur & debeat annotare clare, & diſtincte omnia pignora & nomina & cognomina Dominorum pignorum, & unde ſint. Et ſimiliter nomina creditorum ad quorum iſtantiam pignora capta fuerint, & officialiū ſeu baiulorum qui dicta pignora attulerint, & ſimili modo in libro cancellario Tradito prædicta annotare, qui liber iemper manere debeat in cācellaria cōmunis Spoleti, & quæ in uno ſcripta ſeu notata ſunt in alio ſcribere & annotare debeat, qui depoſitarius pro ſuo ſalario & mercede recipiat, a Dñis pignornm quatrenos ſeu quatrantes quatuor pro quolibet pignore. & non ultra ſub pœna .x. lib, pro quolibet pignore, & qualibet uice, qui Depoſitarius teneatur & obligatus ſit ſoluere officialibus & baiulis prædictis mercedem eis debitam iuxta taxam ſtatutorum & capitulorum deſuper expreſſorum. Nec non dictus Depoſitarius pignora prædicta alicui reddere ſeu reſtituere non debeat donec ipſi nō conſtiterit per Bullectinum ſeu apodiſſam illius ad cuius iſtantiā pignus captum fuerit ſibi fuiſſe ſatisfactū ſeu alias ipſi data licentia de reſtituendo pignus per eundem ſub dicta pœna, & mercedem integram officiali ſeu baiulo ſoluere non debeat niſi pignus captum pro quantitate debita & in cōmiſſione contenta ſit ſufficiens. Et in ſolutione mercedis facienda faciat ſibi fieri fidem per officialē ſeu baiulum qui eam recepit uel manu alterius fidedigni cum annotatione teſtium ad effectum ut in reſtitutione pignorum poſſit ſufficienter docere ſoluiſſe.

Quod cāmerarius cōmunis non faciat ſolutionem niſi recepta gabella. Cap. XXXXV.

NON fiat aliqua ſolutio alicuius pecuniæ & quantitatis per camerarium cōmunis alicui Spol. ciui uel forenſi officiali ſtipēdiario uel ſingulari perſonæ uiſi primo per ipſum camerarium ſex denarii pro libra qualibet retineantur dictæ quantitatis ſolueñ. Et in qualibet electione officialium, & ſtipendiariorum hoc exprimatur expreſſe ad hoc ut omnis tollatur contentio. Et qui dictam electionem uel aliquam apodiſſam ſcripſerit non expreſſo q̄ retinea tur dicta gabella in .xxy. lib. deñ. uice qualibet condemnetur. Et camerarius qui contrafecerit pœnæ ſimili ſit ſubiectus, & eidem camerario ad ſuum damnum, & cōmnnis utile computet, ac ſi retinuiſſet eandem, Saluo q̄ de ſalariis. D Priorum D. Poteſtatis & Vicarii, & capitañ. ſeu iudicis appellationum nullā retineatur gabella,

Quod Domini Priores poſſint populum congregare in conſiliis proponere. Et quemlibet mittere ad confines, & q̄ quilibet obediat ſupradictis. Cap. XXXXVI.

CONGREGARE capitaneos artium, artes, artifices nobiles & populares ciues & comitatenſes & populum ciuitatis Spol. uniuerſaliter, & particulariter cum armis & ſine poſſint. D. Priores populi. Vbi quando quomodo & quoties eis uidebitur. Et confinatos quos & quot uoluerint facere tam in ciuitate q̄ extra faciant, & facere poſſint pro ipſorum libito uoluntatis, & illi quos confinauerint ire debeant ad confines & de ipſis non recedere ſine ipſorum licentia & uoluntate Et contra eos qui eſſent inobedientes tam in hoc caſu quam aliis quibuſcunq; eorum mandatis, poſſint pœnas, & mulctas imponere prout eis uidebitur & placebit. Et. D. Poteſtas ad petitionem D. Priorum teneatur exequi omnia quæ ipſi. D. Priores in prædictis duxerint ordinanda ſub pœna. mille lib. deñ. quoties contrafecerit in prædictis. Et poſſint dicti. D. Priores in quibuſcunq; conſiliis proponere & deliberare quæ utilia erunt pro

cōmuni

cõmuni, absq; præsentia alterius officialis in aliis dispositionibus statutoꝝ & ordinamentis remanentibus semper saluis.

Quod ultimis .x. diebus priores non possint aliquid ordinare nisi forma infrascripta. Cap. XXXXVII.

VLTIMIS .x. diebus officii cuiuslibet prioratus, non possint ipsi. D Priores ordinare deliberare uel reformare uel ad consilium ponere uel poni facere aliquid quod esset uel esse posset in fauorem uel odium aut præiudicium alicuius specialis personæ seu personarum ad pœnam .xxy. lib. den. pro quolibet & qualibet uice. Et quod proponeretur uel ordinaretur non ualeat ipso iure. Et eadem pœna condemnetur, qui proponeret uel qui consuleret. Et notarius qui scriberet uel legeret aliquid prædictorum. Saluo q̃ facere & ordinare possint apodissas pro operib⁹ & seruitiis cõmunis tẽpore ipsoꝝ officii factis, usq; in .x. lib. den. & nõ ultra.

De immunitate & priuilegiis Dominorum Priorum durante officio, & post. Cap. XXXXVIII.

GAVDEANT. D. Priores populi immunitate. & priuilegiis infrascriptis uidelicet q̃ tẽpore ipsorum officii, & ipso finito per sex menses possint ipsi & quilibet ipsorum per ciuitatem & comitatum Spol. impune omnia arma portare & q̃ toto dicto tempore officii eorum & sex mensium nõ possit. D. Potestas & Vicarius seu uicepotestas, nec alius officialis contra ipsum, uel aliquem ipsorum per uiam inquisitionis de aliquo maleficio delicto uel excessu procedere, nisi primo maleficium de quo deberet procedi probaretur per famam publicam per quatuor, uel plures testes fidedignos, & de ipsorum attestationibus fieret copia illi contra quẽ deberet procedi, & competens terminus ad opponeñ contra testes, & dicta assignaretur eidem & in ipso termino uel opponeret nil probaret, per quod derogaretur depositionibus, & attestationibus eorundem. Et si aliquis ipsorum. D. Priorum molestatus, citatus, uocatus, uel inquisitus fuerit tempore sui officii & sequentium sex mensium, modo aliquo extra curiam. D. Potestatis uel alterius officialis cõmunis Spol. occasione sui officii defendatur & defendi debeat expensis cõmunis, & credat̃ dicto talis molestati citati, uel inquisiti de eo quod dixerit se expedisse. Et teneantur: D. Priores populi, & tres de bullecta infra octo dies post q̃, a, dicto tali molestato & citato fuerint requisiti deliberare, & ordinare q̃ ipsi tali molestato & inquisito de expeñ quas fecerit satisfiant, & facere ei apodissam, qua recepta statim camerarius cõmunis, absq; aliqua retentione gabellæ id quod continetur in apodissa p̃dicta soluat eidẽ. Et q̃ talis fuerit citatus molestatus uel inquisitus occasione dicti sui officii, declaret̃ per. D. Priores pp̃li, & capitañ artiũ, quoꝝ declarationi uel maiori parti ipsoꝝ quæ fieri debeat ad bussulas, & palluctas det̃ plena fides. Et idẽ intelligat̃ & obseruet̃ per oĩa in q̃buscũq; aliis officialibus, & cõsultoribus & arẽgatoribus super factis cõis si exinde reciperẽt molestiã siue dãnũ extra curiã ciuitatis prædictæ. Et quicunq; offenderet aliquem ex. D. Prioribus populi dicto uel facto durante ipsorum officio, & post per annum, a, fine ipsius officii computañ puniatur in quatruplo eius pœnæ, & quantitatis qua puniri deberet secundum formam statutoꝝ si alium offendisset. Et nihilominus teneatur talis offendens ire ad confinia arbitrio. D. Prioꝝ Et si post dicta tẽpora, uel quandocunq; aliquis dictorum. D Priorum uel quicunq; alius officialis, consiliarius uel arengator occasione & pretextu officii quod habuisset in cõi uel eius quod cõsuluisset uel arengasset dicto, uel facto offenderetur ab aliquo, talis offendens pœna quadrupli similiter cõdemnetur. Et si aliquis ex prædictis fuerit offensus occasione alicuius officii quod habuisset

in cõi uel quia conſuluiſſet, uel arengaſſet in aliquo conſilio ſtetur declarationi faciende per ipſos D. Priores populi & capitañ artiũ ut in alio caſu ſuperius eſt expreſſum.

De litteris cõmunis & ſpecialium perſonarum ſigillañ per. D. Priores. Cañ. XXXXIX.

LITTERAE quæ tranſmitterent̃ per. D. Priores populi pro facto cõmnnis deliberent̃ per ipſos uel duas partes ipſorum ad buſſulas, & palluctas & anteq̃ apponatur ſigillum, bullecta. D Priorum in dictis litteris apponatur. Et ſi litteræ quæ eſſent tranſmitteñ. pro parte ipſorum. D. Priorum, & cõmunis inſeruitium alicuius ſpecialis perſonæ dirigerentur Papæ Cardinal̃. uel regi poſt deliberationem ipſorum. D. Prioꝝ mittant̃ ad conſiliũ populi & in ipſo conſilio ſint ſaltem. x x x. conſiliarii ultra numerum D. Priorum, & legi debeant & per maiorem partem ipſorum conſiliariorum approbari, & niſi ſit ſeruata forma prædicta ad pœnam. x. lib. deñ. non debeant aliquas litteras ſigillare dicti. D. Priores.

Quod in conſilio pöpuli & arenga faciendis ciuitatis Społ. ſuper aliquo negocio eligi poſſit numerus ciuium qui eandem authoritatem habeant. Cañ. L.

(CONGREGATO conſilio, ſeu arenga per. D. Priores ſuper aliquo negõtio ſeu re poſſit tale negotium ſeu res remitti cui uel quibus in dicto conſilio ſeu arenga decretum fuerit, & talis, ſeu tales quibus huiuſmodi remiſſio facta fuerit ſuper ipſo negotio ſeu re aliũ ſeu alios eligere poſſint, qui taliter electi habeant poteſtatem arbitrium, & baliã tale negociũ & rem exequendi & finiendi prout poterat fieri per conſilium populi, & arengam prædictam & quicquid per eos factum geſtum, & executum fuerit ualeat & teneat, ac ſi per arengam, & conſilium factum & geſtum & executum fuiſſet.) * Expmis addi. ca. 12.

Quod poteſtas & quilibet alius officialis audiat benigne de ipſo & ſuis officialibus conquerentes & appellãtes. uel ꝓteſtantes nõ grauet. Cañ. LI.

QVILIBET officialis ciuitatis Spoleti quoſlibet conquerentes de ipſo uel ſuis officialibus ſiue diceret q̃ officialis non fecit ſibi ius, uel ſi aliter facta ſua proponere uoluerit. Et quoſcunq̃ proteſtantes ſibi aliquid, uel appellantes coram ipſo, & eos ſuper appellatione citantes ſua iura & exceptiones produceñ. & his ſimiles benigne audiat & pertractet, & ipſum uel ipſos ea occaſione uel alio colore quæſito non moleſtet, uel in palatio detineat, ad pœnam quinquaginta lib. deñ. pro quolibet, & quoties contrafecerit in aliquo de prædictis.

Quod poteſtas uicarius & alii officiales teneantur ire in ambaſſiatas eorum expenſis. Cañ. LII.

PRO aliqua ambaſſiata cõmunis Spoleti uel ſingularium perſonarum ipſius non accedant poteſtas, & Vicarius ſeu aliquis alius officialis cõmunis Spoleti, niſi cum deliberatione. D.

tione. D. Priorum, & consilii populi, uel duarum partium ex eis, & tunc tantum suis expensis teneatur ire in ambasciatam predictam & simili modo eius sumptibus & expensis teneatur ire in caualcatas & exercitū faciendū per ipsum cōmune Spoleti prout per dictum consilium fuerit deliberatum ad pœnam centum lib. deñ. quoties cōtrafecerit in aliquo prædictorum.

Quod potestati & aliis officialibus salarium non addatur. Cap. LIII.

NON addatur salarium potestati uel alicui alii officiali cōmunis Spoleti nec aliquid alicui ipsorū donari ualeat uel concedi occasione custodiæ uel officii sibi cōmissi & in posterum cōmittendi uel augumēti officialium & familiæ uel alio quocūq; quæsito colore ultra id quod ex forma statutorum sit concessum. & qui contra prædicta aliquid proponeret consuleret, uel arengaret, scriberet seu legeret propositam in centum lib. deñ. uice qualibet condemnetur & quod incontrarium fieret non ualeat ipso iure.

Quod potestas debeat reassignare libros & acta sui officii, & q; ultimo mense sui regiminis nō ferat absolutorias snias nec testes publicet maleficiū nō ꝓbātes Cap. LIIII.

LIBROS, Et acta Dñi potestatis factos & facta per suos officiales tempore sui officii per xv. dies ante finem ipsius officii teneat. D. Potestas uinculo iuramēti & pœna. y. lib. deñ. in cōsilio populi reassignare una cum actis quæ habuit præcessoris eiusdem. Et ultimo mense ipsius officii non fiat aliqua absolutio de aliquo maleficio uel excessu nec testes super processu ipsius maleficii uel excessus receptos & eorum attestationes qui maleficium & excessum super quo fuerint recepti nō probent publicet, dicto mense ad pœnā. c. lib deñ. Et nihilominus nō ualeat absolutio uel publicatio quæ fieret, sed ipso iure sit nulla. Et. D Priores populi eligant uinculo iuramenti & pœna. xx. y. lib. deñ. pro quolibet in dicto cōsilio quatuor ciues popularis Spol. quorum duo sint notarii qui unā cum assessore D. Priorum examinent dictos libros & ordinate perquirant si dicta acta & sententiæ. D. Potestatis sunt secundum formam statutorum ordine, ac tempore debito actitata, & ea quæ inuenirent non legitime facta scribant in quodam quaterno qui Sindicatoribus dicti. D. Potestatis & suorum officialium prima die Sindicatus eorum assignetur & detur & secundum quod in dicto quaterno erit scriptum, ita reexaminent dicti Sindicatores defectus in ipso quaterno descriptos, & ut iuris fuerit per potestatem & suos officiales delinquentes repertos, cogant ad soluēdum pœnas quas incucurrerunt uel in quibus debeant condemnari pro defectu quolibet eorundem absq; aliqua alia condemnatione uel processu de defectibus ipsis facieñ. Et solum sufficiat ad exactionē dictæ pœnæ q; per ipsa acta defectus appareat, & ipsum defectum iudices potestatis allegationibus iuridicis non defendant, teneantur dicti assessor, & quatuor homines sic electi in ipso cōsilio iurare examinationem facere bona fide, & q; de contingenribus aliquid non omittent.

De obseruatione statutorum, & ordinamentorum cōmunis Spoleti. Cap. LV.

OFFICIALIS quilibet cōmunis Spoleti teneatur, & debeat uinculo iuramenei, & ad pœnam contentam in statutis & ordinamentis cōis oia & singula statuta & ordinamenta: & prouisiones facta & facienda legitime in ipso cōmuni, loquentia de eorum officio inuiolabiliter obseruare. Et ubi non esset adiecta pœna. xxy. lib. deñ sit et habeatur expressa uice qualibet & pro quolibet capto contrafaciens condemnetur. Et in quolibet iuramento ueniāt omnia statuta prædicta, ac si essent in eodem expressa.

De Syndicatu Potestatis, & aliorum officialium. Cap. LVI.

QVONIAM dignum est, q; quilibet suæ uillicationis rationem reddat, ac suæ administrationis prout gesit præmium seu pœnā reportet, puisum & ordinatū est, statuto, & lege p̄senti q; potestas, Vicarius, iudex appellationū, & assessor ciuitatis Spo. cū suis iudicibus sociis, notariis domicellis, & familiaribus oibus nec nō. D. Priores ppli, tres sup bullecta,

XVII v

camerarius & notarius ipſius cancellarius et cæteri officiales qui ſecũdũ formã eoꝝ electionis uel deliberationis quæ fieret per D. Priores populi eſſent ſindicandi, depoſito ipſorũ officio teneantur ſtare & cõmorari in ciuitate Spoleti ad ſindicatum. Videlicet. D. Poteſtas cum ſociis ſuis officialibus & familiaribus octo diebus, Capitaneus ſiue iudex appellationum cum ſuis officialibus & familiaribus quinq; diebus. Aſſeſſor cum ſuis officialibus & familiaribus quinq; diebus, priores octo diebus, tres de bullecta, Camerarius & notarius ipſius & cancellarius quatuor diebus coram ſindicatoribus qui electi fuerint per. D. Priores, & capitañ artiũ ad ſindicañ dictos oẽs officiales prioribus dũtaxat exceptis quoꝝ ſindicatores per capitañ. artiũ uel duas ptes ipſoꝝ octo diebus ante depoſitionẽ officii eoꝝ. D Prioꝝ eligant. Et nullus ꝑdictoꝝ officialiũ forenſiũ poſſit uel debeat de dicta ciuitate diſcedere ante ſentẽtiã cõdemnatoriam nel abſolutoriã contra eum, uel ꝑ eo ferreñ. per ſindicatores ꝑdictos. Et in ipſo ſindicatu ſeruetur ordo infraſcriptus Videlicet ꝙ ſindicatores præfati generalẽ inquiſitionẽ faciant cõtra ꝑdictos officiales & quẽlibet ipſoꝝ de omnibus & ſingulis malegeſtis culpa, uel fraude, de cõmiſſis, uel omiſſis cõtra ius, & iuſtitiã, & ꝑter uel contra formã alicuius capituli ſtatuti dicti cõis, de oĩbus quoq; per eos, uel ipſoꝝ aliquẽ inlicite, & per ſordes extortis, uel receptis, & ꝙ nõ habuerunt puras manus recipiendo uel lucrando aliquid de ære & pecunia dicti cõis, & aliarũ ſingulariũ perſonarũ, contra formã alicuius capituli ſtatuti ſeu ꝓprii iuramenti & generaliter de oĩbus aliis exceſſibus, & delictis, culpis, & fraudibus quos quæ & quas ipſe uel aliquis ipſorũ tempore ipſoꝝ officii cõmiſiſſent. Qua inquiſitione formata prima die ſindicatus eorum faciant dicti ſindicatores ꝑdictos officiales & quelibet eorũ & ipſorũ poteſtatis iudicis appellationũ & aſſeſſoris familiã uniuerſam citari ꝙ in cõtinenti ipſa die citationis coram eis debeant perſonaliter cõparere ad reſpondendũ & ſe excuſandñ ab inquiſitione prædicta, qui officiales cum uniuerſa eorũ familia quã Tenuerunt & tenere debuerũt per formã præſentiũ ſtatutoꝝ, & electionis eorum ipſa die citationis perſonaliter cõpareant corã ſindicatoribus prædictis eorũ parituri mandatis, & inquiſitioni debeant ſinguli reſpondere. Qui aũt cõparere & reſpondere neglexerint in termino aſſignato, pro cõfeſſis habeantur de oĩbus & ſingulis in dicta inquiſitione cõtentis. Poſt uero cõparationẽ & reſponſionẽ ipſorũ ad teſtium examinationẽ & aliarũ ꝓbationñ receptionẽ procedant. Et ita ſe habeant diligenter ꝙ die ultima dicti ſyndicatus ipſoꝝ proceſſus per ſententiã cõdemnatoriã uel abſolutoriam expediant Interim aũt ante ſententiã dicti inquiſiti, & quilibet ipſorũ quoties fuerint requiſiti ex parte ſindicatorũ prædictoꝝ coram eis debeãt perſonaliter cõparere, ut ſi eſſent caſus torturæ poſſint ſubici queſtioni. Ita tamen ꝙ nullus eorũ poſſit torqueri niſi ꝓ barrattariis, lucris illicitis & extorſionibus, & tũc præcedentibus legitimis inditiis. Et qui fuerit contumax habeatur pro cõfeſſo, & conuicto & tanquã legitime cõfeſſus & cõuictus poſſit & debeat cõdemnari. faciant quoq; dicti ſindicatores prima ſecũda & tertia die dicti ſindicatus adminus ſemel in die publice & alta uoce in publicis locis & cõſuetis ciuitatis Spoleti Banniri ꝙ quicunq; uult aliquid petere uel opponere alicui officiali uel familiari de cuius agitur ſindicatu infra dictos dies bannimẽti debeat cõparere coram ſindicatoribus prædictis cum ſua petitione, denuntiatione uel accuſatione, & quilibet qui diceret ſe iniuſte grauatũ, a, tali officiali, uel eius familia, uel de ſuis bonis aliquid indebite percepiſſet admittat, & ſuper ipſius petitione uel accuſa procedat ſecũdũ formã ſtatutorũ, uel iuris cõmunis ubi ipſa ſtatuta nõ loquerentur. Et poſſint & teneantur ſindicatores præfati in quolibet caſu dicti ſindicatus procedere de plano ſine ſtrepitu & figura iudicii & omni tempore, & quolibet loco omiſſis ſolennitate qualibet, & ordine iuris cõmunis & etiam ſtatutoꝝ. Et quibuſlibet diebus feriatis etiam ad honorẽ Dei, & ſanctorũ. Quicunq; aũt uoluerit prædictis officialibus uel ipſorum alicui debentibus uel debenti ſtare ad ſindicatum octo diebus infra. v. dies ſindicatus ipſorũ Et officialibus debentibus uel debenti ſtare ad dictũ ſindicatũ quinq; diebus: & abinde infra terminum bannimenti aliquid petere uel opponere faciat infra terminos ſupradictos alias nullatenus audiatur. Et exhibita petitione denuntia uel accuſa in terminis prælibatis poſſit demum ſuper eis ꝓcedi ut iuris fuerit. Nullus quoq; de ciuitate, uel comitatu Spoleti ipſis officialibus in eorum ſindicatu auxilium, cõſilium, exhibeat uel fauorem. Et non admittatur ad teſtimoniũ cõtra talẽ officialẽ, uel officiales tempore quo ſindicatur aliquis qui fuerit condemnatus per talem officialẽ uel aliquis conſanguineus eiuſdẽ uſq; in tertiũ gradũ incluſiue nec aliqs qui ſuo tẽpore fuerit poſitus ad torturã Et ſi admitteretur

mitteret eius dictū, & atteſtatio ſit nulla, & omni careat firmitate, Demum ipſi ſindicatores ante ſententiam omnia examinent, & ſecundum acta, & actitata ſententiam proferant, ut eſt luris. Et ſi cōtingat ipſos ſindicatores aliquem cōdemnare faciant ſſatim per officiales ciuitatis Spoleti, quos ad hec eligere uoluerint, ꝙ talis cōdemnatio executioni mādetur & ubi abſoluant non repertum culpabilē eidem abſoluto per camerariū cōmunis reſiduū ſalarii ſibī debiti per ſoluatur. Et quia nō decet ꝙ talibus officialibus ſindicandis iniuria inferat, nullus attentet uerbo uel facto eiſdē officialibus uel eorum alteri iniuriari tempore ſindicatus. Et qui cōtra fecerit in duplum eius quo alſ ueniret puniēdus ſecundū formam ſtatutorum cōdemnetur. Nullus aūt officialis forenſis ſeu ciuis ſeu alia ſingularis perſona p̄ſumat minas uel alia uerba cōtumelioſa uel rogatoria p̄ferre alicui uel cōtra aliquē accuſantem, uel denunciantē & petitionē aliquam dantē & porrigentē, uel accuſare, & denunciare & petitionē uolentem porrigere contra officiales prædictos uel ipſorū aliquē ꝙ retrahat uel recipiat petitionē uel accuſam porrectam, uel ꝙ ipſam nō porrigat, uel ꝙ ius ſuum ſuper ipſa non proſequat cōtrafaciens uero ſi minatus fuerit, uel uerba contumelioſa dixerit in lib. quinquaginta deñ. & ſi ſolū rogauerit in x. lib deñ. uice qualibet puniatur Ipſi aūt officiales forenſes, & ipſoꝝ quilibet tēpore quo ſtabunt ad ſindicatū in dicta ciuitate Spoleti non faciant aliquod conuiuiū in ipſa ciuitate & comitatu alicui ciui uel comitatenſi nec aliquis de dictis ciuibus. & comitatenſibus alicui dictorū officialiū aliquod conuiuium facere uel cum ipſis comedere uel ad domū ſuam uel ſibi aliquid donare præſumant ad pœnā. c. lib, deñ, in quibus contrafaciens quilibet uice qualibet cōdemnetur, Deniq; nullus ciuis uel comitatenſis Społ. aliquem officialē forenſem aſſociet ſub pœñ. c. lib. deñ. cuilibet magnati & potenti de ciuitate & comitatu p̄dictis, &. xxv. lib. deñ. cuilibet populari. Debeant autē dicti. D. Priores p̄ honore cōis Społ. ipſos officiales facere aſſociari per quos eis uidebit cōuenire: & p̄dicta banniant prima die ſindicatus ipſoꝝ.

Quod camerarius retineat tertiam partē ſalarii cuiuſlibet officialis forenſis. Cap. LVII

TERTIAM partē ſalarii cuiuſlibet officialis forenſis uinculo iuramenti & pœna. xxv. lib. deñ. Camerarius cōis teneat, & debeat retinere, donec fuerit abſolutus, uel rationabiliter condemnatus, & ad dandū dictam tertiam partem alicui officiali forenſi cōſtringi non ualeat ab aliquo, uel compelli. Et qui cōtrafecerit in. c. lib. deñ. uice qualibet cōdemnetur

De monſtra facienda per officiales forenſes Cap. LVIII

MONSTRAM. D. Poteſtas, iudex appellationū, aſſeſſor. D. Priorum, & ipſoꝝ quilibet. Et quicunq; alius officialis forenſis ciuitatis prædicte facere teneantur, & debeāt bis in menſe, de omnibus & ſingulis eorum officialibus, familiaribus, & equis quos tenere debeāt tempore ipſorum officii coram. D. Prioribus populi, & Tribus de bullecta uel duobus ex eis. Videlicet poteſtas in platea fori ſubtus logiam filiorum de ſanſis ubi iura redduntur. Et alii officiales in palatio populi reſidentie ipſorum. D. Prioꝝ, & ipſam monſtram toties facere quoties per. D. Priores populi mandaretur. Et notarius reformationū ſcribat, & ſcribere teneatur omnia ſpectantia ad dictam monſtram, & punctare, & ſignare omnes officiales, familiares, & equos qui ad monſtram, & oſtenſionem prædictā non perſonaliter intereſſent. Et ſi aliquis iudex uel ſotius poteſtatis ab eſſet, & dictæ monſtre perſonaliter non intereſſet ſoluat poteſtas pro quolibet quinquaginta lib. deñ. & uice qualibet, & pro quolibet notario, & qualibet uice. xxy. lib. deñ. & pro quolibet officiali, familiari uel equo. x lib. deñ. & qualibet uice, & eandem pœnam incurrant alii officiales pro quolibet ipſoꝝ familiarium notariorum, & equorum, ut ſupra de officialibus familiaribus, & equis poteſtatis eſt expreſſum. Et ſi principales officiales eſſent tempore dictæ monſtre abſentes ipſi, uel aliquis ipſorum in centum libris denariorum pro quolibet, & uice qualibet condemnetur. Et omnes defectus Officialium familiarium & equorum, quos inuenerit in dicta monſtra, & ipſorum abſentiam teneatur &

debeat dictus cancellarius uinculo iuramenti & pœna .xxy. lib. deñ. ſtatim ſcribere ea die uel ſequenti in conſilio populi quod D. Priores populi teneantur ad dictam pœnã congregare, legat ipſos defectus exponendo qui fuerint abſentes & quot de officialibus famulis, & equis p̃dictis, & talis lectura facta in dicto conſilio habeat̃ pro legitima cõdemnatione officialium p̃dictoꝝ. Et camerarius teneatur uinculo iuramenti preſtiti, & pœna .xxv lib deñ. quantitates uel quantitatem pecunie quam dicti officiales, & ipſorũ quilibet incurrerunt ex defectu monſtræ p̃dicte ponere ad introitus cõis p̃dicti. Et ad exitum officialibus antedictis, & in ipſorũ ſalario computare. Et ſi in faciendo dictã monſtram fieri per quoſcunq; officiales quæ ipſam facere teneantur dicti D. Priores, & cancellarius ſi erunt negligẽtes in .xxy lib. deñ. uice qualibet condemnentur.

Q. uod nullus officialis ciuitatis Spoleti durãte tẽpore ſui officii ſindicet̃. Cap̃: LIX.

SYNDICARI nõ poſſit nec debeat aliquis officialis ciuis uel forenſis ciuitatis Spoleti eius officio durante. Si autem dicto tempore ſindicaretur non ualeat ipſo iure. Et officialis q ſe permitteret & peteret ſindicari ultra formam præſentis ſtatuti in .c. lib deñ. uice qualibet condemnet̃. Et quicunq; proponeret conſuleret, uel arrengaret, propoſitam ſcriberet uel legeret in contrarium prædictorum ſimilem pœnam incurrat, & ſoluat.

De modo & forma tenenda per poteſtatem ciuitatis Spoleti in feſto Beatæ Mariæ Virginis de Auguſto. Cap̃. LX.

OCTO diebus ante feſtum Beatæ Mariæ Virginis glorioſæ de menſe Auguſti, Poteſtas qui pro tempore fuerit teneatur & debeat conſiliũ populi facere congregari, in quo proponat de mõ & ordine teneñ. pro honore feſtiuitatis prædictæ. Et quicquid deliberabitur in dicto concilio, curet ipſe Poteſtas executioni mandari. Necnõ faciat p̃conizari duabus Tubis per loca publica & cõſueta ciuitatis prædictæ, in die ſabbati, diem feſtiuitatis prædictæ, unã cũ ipſius uigiliã præcedentẽ, quod homines ciuitatis & comitatus Spoleti debeant ipſum feſtum Beatæ Mariæ honorare, ac ſolemniter uenerari & uenire in uigilia dicti feſti, & luminaria pro priis manibus apportare, Dum tamen nullus poſſit habere dupplerium ponderis ceræ ultra duas lib. & ante dictũ feſtũ per .xy. dies faciat requiri per litteras uillas & caſtra cõis Spoleti. In quibus litteris præcipiatur hoĩbus dictarũ uillarũ q̃ inter omnes .x. foculares debeant habere unũ dupplerĩũ, adminus duarũ lib. ceræ. Et ſi minoris numeri fuerit ſeu eſſet Villa prædicta nihilominus teneatur dictũ dupplerĩũ habere, Et debeant cũ dictis duplerĩis ante completoriũ dies uigiliæ eſſe in ciuitate, & dicta duppleria accendere, & accenſa portare dicto ſero, ut extitit hactenus ſeruatũ, & quelibet ars dictæ ciuitatis cũ artificibus ſuis luminariis & duplerĩis ſequatur. D. Priores Poteſtatẽ, ſeu eius Vicariũ, Iudicẽ appellationũ, Capitaneos artiũ eorundẽ, Et nullus officialis terrigena, uel forenſis dupplerĩũ aliquod ad pœñ. x. lib. deñ. pro quolibet habere ualeat á cõmuni.

De mõ & forma tenẽdis per Dños Priores populi de uictualibus uendẽdis. Cap̃. LXI.

PROPONANT .D. Priores populi quolibet menſe in cõcilio populi de modo & forma tenenda ut Panis, Vinũ & Carnes, & alia uictualia iuſto pretio uendant̃ Et quicquid fuerit ſuper prædictis in dicto concilio deliberatũ, executioni mandetur. Si autem D Priores fuerint negligentes, uel aliquis ipſorũ, puniatur pro quolibet & qualibet uice in .x. lib, deñ.

De partitis mittendis ad Buxulas & Palluctas. Cap̃. LXII

QVIA a partita mittenda in qbuſcũq; cõciliis uel arenghis, & quicquid in ipſis uel ipſoꝝ aliquo debent deliberari mittant̃, & deliberentur ad buxulas & palluctas Et quilibet teneatur mittere manus in ambabus buxulis uidelicet in qualibet buxula unam manũ, & Cancellarius cõis Spoleti ſurgat anteq̃ mittatur ad partitũ, & uulgari ſermone dicat. Talis cõſulẽtor ipſum

tor ipſum nominando, dixit ſic, exprimeñ dictum eius, cuicunq; ergo placet dictum ſuum mittat in buxulam albam de ſic-Et qui uellet contrarium mittat in buxulam rubeam de non. Et quilibet conſiliarius mittat unam palluctam in buxulam, quæ illi placuerit, qui autem partitū aliter mitteret, in .c. lib. deñ. uice qualibet condemnetur. Et quod in dicto cõcilio, uel arengha deliberaretur, non ualeat, nec teneat, ſed ſit irritum, & inane, Et q̃ non mitteret ambas manus in buxulas, uel ultra unam palluctam in ipſis, uel aliqua ipſarum mitteret, in .xx. lib. deñ. uice qualibet puniatur. Et qui partitum perditum non poſſit amplius remitti in eodem concilio.

Quod omnia fortellitia cuſtodiantur per populares, & non per exbannitos & cõdemnatos cõmunis Spoleti. Cap̃. LXIII.

FORTELLITIA & Rocchæ quæ per cõmune Spoleti cuſtodiuntur, & cuſtodiri debent impoſterum, cuſtodiantur per populares tm̃ ciuitatis præfatæ. Et alicui exbãnito uel condemnato cõmunis prædicti, uel alii, q̃ populari, ipſorum cuſtodia, uel alicuius eorum cõmitti nõ ualeat ullo modo. Qui autem aliquem exbannitum, uel condemnatum, uel aliũ q̃ popularem elegerit uocauerit, uel nominauerit ad cuſtodiam ſupradictam. Et talis ſic electus uocatus, uel nominatus, acceptans dictam cuſtodiam in .c. lib. deñ. pro quolibet & uice qualibet condemnetur, Quicunq; uero popularis electus fuerit ad cuſtodiam ſupradictam, teneat idonee ſatisfdare de reaſſignañ fortellitium, ſiue roccham, cuius ei cuſtodia committeretur, liberum, & liberam cõmuni Spoleti. Et q̃ á dicta Cuſtodia non diſcedet, abſq; licentia. D. Priorum, obtenta per ipſos, uel duas partes ipſorum ad buxulas, & palluctas. Et teneatur dictus cuſtos, & caſtellanús tenere, & habere toto tempore quo durabit dicta cuſtodia, omnes, & ſingulos ſurgẽtes, quos tenere debet ſeeundũ formã ſuæ electionis, Et. D. Priores populi teneantur uinculo iuramenti, & pœñ. x. lib. deñ. pro quolibet mittere aliquam prouidam, & diſcretã perſonam ad faciendum fieri monſtram de dictis caſtellanis, & ſurgentibus qui uinculo iuramenti, teneantur referre, quos inuenerint abeſſe a dicta mõſtra, tam caſtellanum, quã ſurgentes, Et prout inuenerit, & ſtatim poſtq̃ redierit Dñis Prioribus intimare, Et ſi dictus caſtellanus non erit ibi repertus ſoluat pro qualibet uice .x. lib deñ quæ pœna ex computari debeat de ſuo ſalario. Et tam Dñi Prioris, q̃ tres de bullecta anteq̃ deliberent apodiſſam ſalarii dicti caſtellani, exquirant, quot habet puntaturas Et nullus poſſit habere ultra duos menſes cuſtodiam alicuius fortellitii, ſiue Rocchæ niſi aſr per oportuna remedia ciuitatis Spoleti decretũ, & ordinatum fuerit.

De nundinis faciendis in ciuitate Spoleti. Cap̃. LXIIII.

NVNDINAE (cum ex eis cõmuni Spoleti honor reſultet, & utile hominibus ſequatur & cõmodum) fiant quolibet anno in ciuitate Spoleti, Ft. D. Priores populi qui erunt de menſibus Aprilis et Maii proximſecuturis uinculo præſtiti iuramẽti & ad pœñ. quinquaginta lib. deñ. teneantur & debeant in principio eorum officii facere cõgregari concilium populi & in ipſo proponere de ipſis nundinis faciẽ. Et ut ipſæ perueniant ad notitiam prouincialium & de expeñ. quæ ſint per cõmune faciendæ pro principio ipſarum nundinarum, & uenientes ad ipſas nundinas habeant & recipiant oportuna & impoſterũ de bono in melius augeãtur. Et quicquid in dicto concilio deliberabitur & ordinabitur ipſi. D. Priores. & eorum ſucceſſores & qui erunt in officio tempore ipſorum nundinarum ad dictam pœnã faciant execntioni mandare. Notarius uero reformationum, ſiue cancellarius cõmunis Spoleti, qui erit de menſe Aprilis prædicti uinculo præſtiti iuramenti & pœñ. quinquaginta lib. deñ. hoc capitulũ legat uulgari ſermone. D. Prioribus antedictis & q̃ quæ hic continent obſeruent eiſdem & cuilibet ipſorum proteſtetur.

Quod artes & artifices in bono ſtatu ſeruentur. Cap̃. LXV.

ARTES & artifices ciuitatis Spoleti, poteſtas, iudex appellationũ & Vicarius. D. Priores populi, & cæteri officiales tãm forenſes q̃ ciues ciuitatis prædictæ in eorũ bono ſtatu

XIX v

manuteheant & conſeruent & Capitanei artium quoties ab eis fuerint requiſiti pro bōno ſtatu artium prædictarum præſtent auxilium conſilium & fauorem.

Quod omnes populares ciues faciant artem. Cap̄. LXVI.

QVONIAM ocioſitas & uoluptas arma ſunt hoſtis antiqui ad miſeras animas captiuañ. & per artiū & artificum exercitium, ciuitas recipit emolumentū Statuerunt & ordinauerunt ꝙ omnes & ſinguli Spoletañ ciues qui de ſtirpe nobilium non exiſtunt, teneant & debeant artem uel mercantiam aliquā prout eis magis conuenit exercere. Et qui hoc nō fecerit cum ſuſpitione non careat officium non habeat in cōmuni. Et quilibet ciuis deſcribatur in aliqua arte alias non habeat officium.

De iuramento ſaluitiæ præſtañ per homines comitatus. Cap̄. LXVII.

SINDICVS cuiuſlibet uillæ teneatur & debeat ad pœñ. quinquaginta lib. deñ. infra xv. dies poſt initium ſui officii adunantiā facere generalem hominum ſuæ uillæ á. xii. annis ſupra. et á. lxx. annis infra, & ab ipſis hoibus iuramentū ſaluitiæ exigat hac forma uidelicet. Ego iuro ad ſancta dei euangelia tactis corporaliter ſcripturis nō inferre, nec facere aliquod dānū in poſſeſſionibus & fructibus quibuſcūq; alicuius perſonæ ciuis, uel comitateñ, eccleſię uel ſecularis appenſate, uel dolo & illos quos ſciuero dānū dare in poſſeſſionibus & fructibus antedictis ſindico & Vallariis dictæ uillæ, uel ipſorum alteri intimabo infra ſecundā diē poſtq; ipſos damnū dare ſciuero nel uidero. ut autem prædicta effectui demandentur. D. Priores populi qui erunt tempore præſentis ſtatuti, teneantur & debeant uinculo iuramēti, & pœñ xxv. lib deñ. pro quolibet mittere infra. xy. dies pro oībus & ſingulis ſindicis Villaꝝ cōitatus Spoleti, & eis & cuilibet ipſoꝝ ꝙ prædicta, & ipſorū quodlibet obſeruent, notificent, atq; mandēt. Et ſimili forma & modo mittant pro capitaneis laboratoꝝ ciuitatis prædictæ, qui Capitanei faciant, & facere teneantur congregare laboratores dictæ ciuitatis & eorū laboratoꝝ quilibet iuret ut ſuperius cōtinet. Saluo ꝙ dāna quæ cōmitti uidebunt, notario dānorum datoꝝ denūciare debeant & referre, & eoꝝ denuntiis cum iuramento de nouo præſtando detur plena fides Qui aūt recuſarent præſtare iuramētū prædictū in. xxy. lib. deñ. uice qualibet cōdemnet.

* (Poteſtas aūt ſiue uicarius & domini priores populi ciuitatis Spol. qui pro tēpore erunt teneantur quolibet anno de menſe Maii procurare, ita & taliter ꝙ dictū iuramentū preſtet mō & forma prædictis. Necnō dictus poteſtas ſeu uicarius teneatur deputare unum & ſuis notariis ad recipieñ dictum iuramentū inſcriptis reducendum.)

* Ex pmis addi. ca. 32.

Quod nulla condemnatio caſſetur uel exbannitus quis rebanniatur niſi facta ſolutione integra camerario. Cap̄. LXVIII.

CONDEMNATIO aliqua nō poſſit excomputari, cancellari, caſſari uel ad introitū cōmunis poni uel mitti, nec poſſit aliquis rebanniri in perpetuū niſi facta fuerit primo ſolutio mera, uera, & pura in pecunia numerata camerario cōis Spoleti totius quantitatis pecuniæ, quæ per ipſum condēnatum ſoluenda ueniret in cōi, & etiā accuſatori uel denuntiatori ſecreto cuius partē recipiat camerarius, & per ipſum tali accuſatori uel denuntiatori integre perſoluatur, recepta fide ab officiali qui ſententiam tulit, quis ſit accuſator uel denūtiator cui ipſa pars debeatur, ubi pecuniaria eſſet condemnatio, uel niſi facta executione in perſona uel mēbro & fuſtigatione prout in ipſa accuſationis ſententia cōtinet. Et ſi cōtra prædictā formā fieret aliquid nō ualeat nec teneat ipſo iure. Et proponens deliberans, conſulens, arengans. Notarius propoſitā ſcribens uel legens & ipſoꝝ quilibet incōtrariū prædictoꝝ in. c. lib. deñ. condemnet & perpetuo ſit infamis & officiū habere nō poſſit aliquod in cōmuni.

De pace facieñ inter diſcordes & iniuriatos. Cap̄. LXIX.

BOnæ rei & amenæ paci prouidendum uidetur cum inde præſentis uitæ habeatur ſubſidium, & remunerationis æternæ decernatur pmiū. Nam in multitudine gentium gloria eſt regis

eſt regis, in diminutione uero contriſtatio principis & pluralitas hominum in ciuitate expetẽ/
da eſt. Ideoq; affectãtes p̃fati. D. ſtatutari intrinſecus pacem fore ac cõſeruare & diſcordias &
diſſenſiones comprimere ac dirimere Chriſti beatæq; Mariæ uirginis Matris eius nominibus
& ipſorum ſuffragiis inuocatis ſine quibus, neq; qui plantant, neq; qui regunt aliquid operan
tur ſtatuerunt & ordinauerunt ꝙ. D. Priores ciuitatis Spoleti qui pro tempore erunt pro pace
& quiete dictæ ciuitatis eligant & eligere debeant quatuor bonos uiros in termino xy. dierum
poſt introitum eorum officii computañ, quibus electis & corã ipſis. D. Prioribus requiſitis iu/
ramentum exigant, & recipiant ꝙ fideliter & ſollicite perquirent & indagabunt omnes & ſin
gulas inimicitias diſcordias, & ſcandala publicas & occultas, quæ eſſent inter aliquos ciues
Spoletañ. & etiam comitateñ nobiles & populares, de quibus non eſſet facta pax uel ubi eſſet
facta & pro firmitate ipſius aliquid agendum foret, quo iuramento præſtito teneantur ciues
prædicti taliter electi, & quilibet ipſorum uinculo iuramenti & pœñ. c c c c c. lib. deñ. pro quo
libet incurreñ infra terminum uiginti dierum, immediate ſequentium perquirere, indagare &
inueſtigare, cum cautela & ſollicite de dictis inimicitiis, iniuriis & diſcordiis, & ante elapſum
terminum ſupradictoꝝ. xx. dierum in ſcriptis reducant omnia ſupradicta & præfatis. D. Priori
bus ſic in ſcriptis redacta debeant aſſignare, qui D. Priores poſtq̃ ſcriptam prædictam perce/
perint prout & ſicut in ea inueniet, teneantur & debeant infra terminũ octo dierum in conſi/
lio populi face re per cancellarium legere ad effectum ut deſuper conſulatur & quod conſultũ
fuerit & decretum in conſilio dicti. D. Priores ſub dicta pœna teneantur & debeant executio/
ni demandare.

Qualiter repreſaliæ concedantur. Cap̃. LXX.

REPRESALIARVM conceſſio tam diuinorum q̃ humanorum iuri contraria nõ
fiat niſi modo & ordine infraſcriptis uidelicet, q; ſi aliquis Spoletanus extra territoriũ
Spoletanum in alicuius ciuitatis uel dominii territorio ſiue fortia fuerit captus ſeu derobba/
tus aliquibus ſuis rebus & talis capiẽs uel derobbans in tali loco uel territorio ſe receptet, nec
taliter captum uel derobatum libere relaxare ſeu reſtituere uelit eidem res acceptans talis cõ/
munitas ſiue dominus ex parte cõmunis Spoleti bis requiratur & interpelletur per ambaſcia/
tores uel litteras ipſius cõmunis Spoleti per notarium reformationum cõmunis prædicti regi/
ſtrañ. & cõcedeñ omnibus ipſius petentis ſumptibus & expenſis ꝙ infra certum terminum cõ
petentem faciat dictum captum relaxari & derobbato reſtitui res acceptas. Quibus terminis
elapſis ſi talis cõitas uel dominus fuerit negligens circa talis capti uel derobati indẽnitatem
uel circa eam oportunis remediis prouidere, tunc poſſint & debeant. D. Priores populi cum de
liberatione trium de propoſitis proponere in concilio populi de ipſis repreſaliis concedeñ,
uel non contra ipſam cõmunitatem uel dominum & perſonas dicti territorii uel diſtrictus &
quicquid in dicto concilio fuerit obtentum per duas partes ibidem præſentium (& præſentes
debeãt eſſe concilii duæ partes) habeat firmitatem. & poteſtas teneatur quoties fuerit requiſi/
tus, illas exequi in fauorem illius cui repreſaliæ ſunt conceſſæ, prout erit in dicto conſilio po/
puli ordinatum & quilibet, quibus dictæ repreſaliæ fuerint cõceſſæ poſſint quos uoluerint con
uocare & ſecum ducere ad capieñ dictos tales contra quos repreſaliæ ſunt conceſſæ in ære &
perſona & tam ipſi q̃ qui eos aſſociauerint ad capieñ prædictos pœnam aliquam non incur/
rant. Aliter ipſæ repreſaliæ concedi non poſſint Et ſi concederentur non ualeant nec teneant
ipſo iure. Et nihilominus q eis fuerit uſus forma prædicta nõ ſeruata in cẽtũ lib. deñ. uice qua
libet condemnetur. Hoc tamen intellecto ꝙ in nullo caſu, quis uti poſſit aliquibus repreſaliis
extra ciuitatem Spoleti, & comitatum eiuſdem. Qui uero uoluerit uti repreſaliis iam con/
ceſſis, compareat coram. D. Prioribus populi & eis oſtendat omnia ſua iura, quibus examina/
tis ſi uidebitur. D. Prioribus cum eo cõſilio quod habere uoluerint ꝙ iuridice ſint conceſſæ eas
approbent & affirment & ad petitionem uti uolentis ipſas repreſalias & ipſius expeñ requira/
tur cõmunitas uel ſpecialis perſona contra quam ipſæ repreſaliæ ſunt conceſſæ ꝙ in terminũ,
xy. dierum poſt receptionem ipſarum ſatisfaciat eidẽ de omnibus pro quibus dictæ repreſaliæ

ſunt conoeſſæ & per Notarium reformationum hæ litteræ regiſtrentur & elapſo dicto termi/no litterarum ſi ei nõ erit iuridice ſatisfactũ uti ualeat ipſis repreſaliis & nõ aliter. Quicquid autem occaſione dictarum repreſaliarum perceperit infra.x.dies poſtq̃ illud perceperit per Notarium reformationum ſcribi faciat & ſignari ad hoc ut ultra non habeat q̃ ei conceſſum extiterit. Quod ſi prædicta non ſeruauerit in duplum eius quod perceperit condemnetur & eodem modo & forma concedi poſſint ipſæ repreſaliæ, cuilibet tamen de ciuitate comitatu, & diſtrictu Spoletañ qui haberet aliquem debitorem quem non poſſet conuenire in ciuitate Spoleti ſi ei in foro talis debitoris ius & iuſtitia negaretur.

Quod monetæ expendantur pro quantitate qua recipit camera/rius cõmunis. Cap. LXXI.

FLORENVS & moneta quæ expenduntur in ciuitate Spoleti expendi debeãt per co/mitatum & diſtrictũ, & ab omnibus recipiãtur pro quantitate illa pro qua recipiunt̃ a camerario cõmunis. Et ſi quis recuſaret prædicta uel aliquod prædictorũ in c.ſol̃.den̄.uice quali bet condemnetur. Et nihilominus quilibet poſſit accuſare delinquentem & dimidium pœnæ lucrabit̃ nec nõ credat̃ ei cũ uno teſte de uiſu & poteſtas quolibet menſe faciat bãniri p̃dicta:

De partiſeriis & eorum officio ac mercede. Cap. LXXII.

QVIcunq; ciuis comitatenſis ſeu alius qui in poſterum in ciuitate Spoleti & eius comi/tatu uoluerit exercere officium partiſerii teneatur & debeat ſe præſentare coram ma/gnificis. D. Prioribus pro tempore exiſten̄. qui Mag. D. Priores uirtute præſtiti iuramenti de/beant ſe informare de ſufficientia talis comparentis. Et ſi repererint fuiſſe & eſſe idoneum ad tale officium exercendum deferant ei iuramentum manibus tactis ſcripturis de exercendo offi cium ſuum palam & bona fide & ſine fraude ſeu dolo & taliter receptus deſcribatur in cancel laria cõmunis ciuitatis Spoleti per cancellarium in aliquo loco particulari. & qualiter fuerit admiſſus & q̃ iuramentum præſtiterit, & qui contra formam ſupradictam tale officium exer/cuerit in ciuitate & comitatu Spoleti facien̄ menſuras uel aliquid pertinens ad officiũ ſeu exer citium partiſerii pro quolibet & qualibet uice incidat in pœnam.x x.lib. Et quilibet partiſerius ad petitionem & requiſitionem cuiuſlibet petentis teneatur & debeat accedere ad menſuran/dum prout requiſitus fuerit ea die uel ſequenti & adminus intra tres dies poſtq̃ requiſitus fue rit dummodo aliqua cauſa rationabilis ipſum nõ excuſet ſub pœna.c.ſol̃.den̄.ab eo de facto auferenda. Poſſint autem dicti partiſerii & quilibet eorum cognoſcere terminare ac decidere queſtiones confinium, terminorum foſſatorum, curſuum aquarum, arborum murorum ſtilli/cidiorum domorum, & aliorum in quibus menſuratio caderet de plano, ſine ſtrepitu & figu/ra iudicii & imponere pœnam, & banna uſq; in.c.ſol̃.den̄. per ipſum ſeu ipſos uel alium offi/cialem cõmunis Spoleti auferendam. Et ſi aliquis partiſerius in ſuo officio cõmiſerit fraudem incidat in pœnam.xxy.lib.den̄. pro qualibet uice de facto ab eo, ut ſupra auferen̄, & ſit priua/tus tali officio in perpetuum Qui partiſerii teneantur & debeant adæquare & adiuſtare eorum menſuras perticas cannas, ac pedes cum pertica, pede & canna cõmunis Spoleti alias nõ poſ/ſint nec ualeant menſurare ſub pœna.x.lib. pro qualibet menſuration̄. Habeant autem & qui/libet ipſorum habeat de queſtionibus quæ coram ipſis cognoſcerentur tres den̄. pro lib. exiſti/mationis rei de qua eſſet queſtio & tres alii den̄. ſint & eſſe debeant cõmunis Spoleti & ſoluan tur camerario recipienti pro ipſo cõmuni. p uiatico uero & mercede ipſorum ſi menſurauerint in ciuitate & circuitu ciuitatis Spoleti uſq; ad.x mod. pro quolibet mod. habeant bononenũ unum pro qualibet parte, a.x mod. ſupra pro quolibet mod. habeat bononenum unum dum modo non excedat ſummam duorum carlenorũ pro qualibet parte in totũ. & ſi ultra circuitũ ad menſurãdũ acceſſerint ultra mẽſurã p quolibet miliare habeãt bononenũ nnũ a partibus.

De capudiciis

De capudiciis in ciuitate & comitatu Spoleti renouañ. Cap. LXXIII.

CAPVDICIAE ciuitatis & comitatus Spoleti renouẽtur adminus ſemel in anno & milites Poteſtatis ſeu Vicarii uel alter ipſorum cui per Priores populi committeretur faciant primo menſe eorum officii renouare capuducias ſupradictos, a decem & octo annis ſupra uſq; in .lx. nec non, a, x y i i i. annis infra & a .lx. annis ſupra nullus poſſit uel debeat grauari etiam ſi in libro capuduciarum deſcriptus reperiretur. Ad probañ autem quem eſſe ſexagenarium eius ſufficiat iuramentum ſi ipſi militi uideatur eius eſſe ætatis aſpectu corporis conſiderato. Et hoc locum habeat in ſexagenariis & abinde ſupra quorum filii uel filius in capudiciis reperirentur aliter in capudiciis deſcribantur.

De Ambaſiatoribus cauſa cõmunis tranſmitteñ: Cap. LXXIIII.

AMBASIATORES qui pro tempore cauſa cõmunis uel alterius ſingularis perſoñæ per D. Priores populi & pro parte cõmunis tranſmitterentur habeant pro quolibet die & quolibet equo quos duxerit .xx. ſol. deñ. & ducere non poſſit ipſorum aliquis ultra tres equos Et ſi maius ſalarium uideretur Dñis Prioribus populi perſolueñ poſſint ipſum conſtituere ſi duæ partes ipſorum fuerint in concordia & uinculo iuramenti ambaſiatores non mittant ubi ueriſimiliter credant factum de quo agitur poſſe per litteras expediri. Ipſi autem ambaſiatores & ipſorum quilibet iurent ambaſiatam eis impoſitam facere bona fide & in litteris credentiæ deferant puncta ambaſiatæ facieñ quam ſecundum puncta prædicta diligenter faciant & non aliter. Et non poſſit aliquis ipſorum ambaſiatam eis impoſitam recuſare ad pœnam .xxy, lib deñ. niſi iuſta & euidens cauſa excuſaret eundem. Pro facto uero ſingularium perſonarum uel alicuius ſingularis uel ſpecialis perſonæ non mittant ambaſiatores expeñ cõmunis ſed expenſis illius cuius cauſa ipſa ambaſiata mitteretur facta prius deliberatione in conſilio populi de ipſa ambaſiata tranſmittenda, qui autem non ſoluiſſet collectas impoſitas per cõmune pro ambaſiatore communis uel alterius ſpecialis perſonæ nullatenus tranſmittant' niſi primo ipſarum collectarum fecerit ſolutionem integram & perfectam.

Quod. D. Priores populi poſſint cognoſcere de barractariis & lucris illicitis officialium dicti cõmunis. Cap. LXXV.

INQVIRANT & inueſtigationem faciant diligenter. D. Priores populi quolibet menſe ipſorum officii contra omnes & ſingulos officiales dictæ ciuitatis ſi aliquid fuiſſent indebite lucrati & de omni eo quod illicite ad ipſorum manus uel alterius ipſorum de bonis communis uel alterius ſingularis perſonæ eccleſiaſticæ uel ſecularis collegii uel uniuerſitatis indebite peruenisſet. Et quia in prædictis de facili probationes non habentur. & Dñi Priores populi prædicti legali ſcientia ſint priuati poſſint ipſi & maior pars ipſorum contra ipſos officiales & quemlibet ipſorum procedere in prædictis ſummarie de facto & de plano prout placuerit eiſdem Dominis Prioribus & quẽ declarauerint barractariam, & aliquid illicitum commiſiſſe & indebite percepiſſe & extorſiſſe expellere ab officio & ipſum cogere ad ſolueñ condemnationem aliquam put ſecundũ formã ſtatutorum pro dicta barractaria, & extorſione teneñ. Et ad reſtituendum quod perceperit duplicatum, & officialis cum quo eſſet talem barractariã committens teneatur uinculo iuramenti & pœna centum lib. ſtatim facta notificatione eidẽ per. D. Priores de barractaria prædicta ipſum de facto expellere uel captum detinere ad uolũtatem D. Priorum, & ſufficiat in prædictis deliberatio & declaratio facieñ & quæ fieret per. D. Priores, & ipſis ſtetur, & pro plena & pleniſſima probatione habeatur & legitima ſententia

condemnatione & processu, & ab ipsa non possit appellari, reclamari uel de nullitate agi uel opponi, & hoc capsm in electione quorũ cunq; officialium intimetur. Si autem dicti Dñi Priores populi uel aliquis ipsorum in prædictis fuerint negligentes in .xxy. lib. deñ. uice qualibet condemnentur.

De habentibus paramenta calices libros & alias res ecclesiæ Sanctæ Mariæ diuino cultui deputatas. Cap̃. LXXVI.

DECET cunctas ecclesias specialis defensionis & auxilii fauoribus adiuuare, & ideo ordinatum & statutum est per ipsos. D. statuentes, q; Dominus Potestas. & quilibet alius officialis ciuitatis Spol. ad iustitiam positus uinculo iuramenti & pœna. c. lib. deñ. ad petitionem cuiusq; teneatur & debeat sũmarie sine strepitu & figura iudicii sine alicuius salarii solutione qualitercunq; informatione recepta realiter & personaliter quemlibet qui haberet uel habuisset aliqua paramenta, calices libros, & res alias deputatas diuino cultui ecclesiæ Sanctæ Mariæ Spol. ad restitueñ ipsas res & quamlibet ipsarum uel ipsarum extimationem dictæ ecclesiæ. Et si aliqui haberent ipsas res in pignore quia in culpa fuir in recipieñ easdem ipsas teneatur restituere & regressum habeant contra pignorantes easdem.

De salario & officialibus iudicis appellationum. Cap̃. LXXVII.

IVDEX appellationum qui pro tempore fuerit in ciuitate Spoleti habeat & habere debeat toto tempore sui officii unum bonum & expertum notariũ qui omnia acta spectantia ad officium dicti iudices in quintam diem post̃q; de ipsis rogatus extiterit mittere debeat ad quaternum & de ipsis cuilibet postulanti copiam exhibetur, quatuor famulos & unum equũ armigerum & habeat & habere debeat, a, cõmuni seu sindico dicti cõmunis p̃ suo salario & dicti sui notarii & dictorum famulorum & equi pro sex mensibus quinquaginta lib. deñ. par. & plus non possit, a, dicto cõmuni percipere uel habere. Dictum autem salariũ soluatur eidem singulis duobus mensibus pro rata temporis tertia parte retenta ut supra de salario quorũcunq; officialium, est prouisum.

Quod campana magna cõmunis pulsetur per illum qui ad hoc fuerit deputatus. Cap̃. LXXVIII.

CAMPANA magna cõmunis Spoleti uel campana populi pulsetur ad consilium populi ad arengam, & ad pœnã in occasu solis & q; a pulsatione quæ fieret de sero usq; ad pulsationem quæ fieret in aurora sit nox & pro nocte habeatur & esse intelligatur, reliquum uero sit dies & prodie habeatur. Et ad pulsandũ dictam campanam per. D. Priores populi aliquis specialiter deputetur qui prædictam campanam pulsare debeat causa p̃ rædictorũ & quoties expediuerit ex alia causa. Et maxime de sero tribus uicibus quando potestas mandauerit pro custodia ciuitatis q; nullus uadat per ciuitatem post tertium sonum campanæ. Et in tertio sono dentur tres tocchi cum aliquo interuallo, ut ad notitiam perueniat omnium q; tunc pro tertia & ultima uice pulsetur. Teneatur autẽ dictus pulsator campanã custodiẽ pulsare omnibus diebus non feriatis quibus iudices potestates pro tribunali sedebunt tam de mane q̃ de sero ad hoc ut dum iura redduntur omnibus innotescat pœna. x x. sol. deñ. quoties contrafecerit in prædictis.

Quod nullus officialis possit mittere familiam̃ in comitatum. Cap̃. LXXIX.

VT grauaminibus & expensis comitatẽsiũ prouideatur in posterum, statuimus q; nullus officialis cõmunis Spoleti audeat mittere aliquem ex eorum familia in comitatum uel districtum ciuitatis prædicti cõtra aliquem seu aliquos aliqua occasione uel modo nisi primo

talis contra

talis contra quem mitteretur fuerit citatus semel & bis per Baiulos cõmunis mandato dicti officialis qui eum mitteret & contumax extiterit quo casu possit mittere unum tantum de sua familia cum uno baiulo, & talis famulus sic missus nil possit percipere uel habere pro suo salario Sed ille contra quem fuerit missus teneatur ei dare comedere & bibere pro una uice dũmodo talis cibus & potus duos solidos denariorum non excedant Et aliquid ultra dare non teneatur. Et dictus famulus non possit recipere si daretur, & nullus Baiulus pro dicto famulo uel pro se ipso recipiat aliquid ultra salarium ei constitutum ad pœnam .x. librarum deñ. quoties contrafecerint. Et quilibet possit accusare, & credatur eidem cum uno teste, & dimidium dictæ pœnæ lucretur.

Quod nullum castrum uel Villa faciat aliquod statutum contra commune Spol. nec non rectores possint inquirere. Cap. LXXX.

STATVTVM aliquod uel decretum contra cõmune Spoleti ac pacta inita cum ipso cõmuni aliquod castrum uel uilla condere non præsumat q; si condiderint nõ ualeat ipso iure. Et nihilominus nullus rector ea teneatur aliquatenus obseruare. Rectores autem ipsorũ castrorum possint super omnibus maleficiis inquirere statuto aliquo non obstante exceptis quinq; casibus iuxta pacta cum dicto cõmuni inita.

De capella construenda in palatio cõmunis. Cap. LXXXI.

AD HONOREM & reuerentiam omnipotentis Dei & gloriosissimæ Virginis eius matris edificetur sumptibus cõmunis sacellum siue capella in palatio populi in qua quotidie missæ celebrentur per presbyteros & religiosos, sicut uidebitur Dominis Prioribus qui p tempore erunt expedire, necnon altare ibidem erigatur & fiant Missale, Calix, & alia necessaria sumptibus dicti communis Arbitrio capitaneorum artium uel maioris partis ipsorum. Et quia non nisi in pacis tempore bene colitur pacis auctor dicti Capitanei artium curent diligẽter ut præsentibus temporibus, quibus in ciuitate Spoletana pax uiget ipsa capella cum oportunis omnibus & ad diuina officia necessariis construatur, ut Deo propitio pax hic uigeat sempiterna.

De congregatione hominum cuiuslibet uillæ pro electione capitanei eiusdem facienda. Cap. LXXXII.

HOMINES cuiuslibet Villæ & districtus Spoleti congregati eligant unum capitaneum ex melioribus dictæ Villæ coram quo prædicti homines iurent ad Sancta dei Euangelia bonum statum, & augumentum populi & pacis ciuitatis Spoleti diligenter & pro uiribus defendere & q; parati erunt ad ueniendum in ciuitatem prædictam pro defensione eiusdem quoties fuerint per Dominos Priores requisiti. Et ipsos sequi, nec aliam personam nec in fauorẽ alterius factionis siue partis concurrere, sed tantum ad populũ cum Prioribus antedictis. Quo iuramẽto præstito dictus Capitaneus inscriptis apportet & dare debeat cancellario dictorum nomina iuratorum de quibus sumptibus cõmunis dictus cancellarius scribere faciat unum librum qui sit semper penes Priores populi antedictos, & hoc dicti Priores notificent cuilibet Villæ infra mensem post publicationem præsentium statutorum quæ Villæ & quælibet ipsarũ prædicta faciat cum Effectu infra octo dies postq; fuerint requisiti.

Quod in arenga populi debeat certus numerus interuenire. Cap. LXXXIII.

QVOTIESCVNq; expediret Arengam populi ciuitatis Spoleti congregari deliberetur ante quid debeat in ea proponi per. D. Priores populi tres super bullectis, & capitaneos artium & consilium populi antedicti prout continetur supra sub rub. de electione trium super propositis. Et quicquid proponetur in ipsa obtineri debeat & deliberari per duas partes hominum in dicta arengha existentium ad buxulas, & palluctas Debeāt autem in dicta arengha ad minus interuenire * (Tercentum homines ciues Spoletani & si secus fieret dicta arengha, & quicquid in ea proponeretur deliberaretur, & ordinaretur nō ualeat, immo sit irritum & ipso iure inane. Et nihilominus Potestas D Priores populi, seu quicunq; alter officialis, & quilibet eorum, qui facerent aliquam propositam in ipsa arengha non deliberata, modo & formis supradictis uel mitterent ad partitum non interueniente dicto numero, Et qui consuleret uel arengaret super ipsa proposita. Vbi non adesset dictus numerus. Et notarius scribens seu legens dictam propositam & quilibet prædictorum in. c. lib. deñ. uice qualibet condemnetur, Necnon cuilibet liceat accusare contrafacientes uel ipsorū aliquem in prædictis, & dimidium pœnæ lucrifaciet. Quicquid autem per dictam arenghā modo & forma, quibus supra factum fuerit deliberatum obtentū & ordinatum ualeat & teneat, ac si per totū cōmune Spoleti factum foret.

* Ex pmis addi. ca. xy

Quod Dominus Potestas uel alius officialis non possit imponere alicui silentium uel ipsum ponere ad confines. Cap. LXXXIIII.

SILENTIVM alicui ciui uel comitatensi ciuitatis Spoleti, q̄ non loquatur potestas uel quilibet alius officialis communis Spoleti non imponat, nec cogat aliter q̄ ei permittatur ex forma statutorum aliquem ciuem uel comitatensem morari in aliquo loco uel domo uel extra comitatum, uel districtum Spoleti, uel etiam in ipso comitatu & districtu ad confinia ire stare & morari absq; consensu & deliberatione D. Priorum, uel maioris partis ipsorum ad pœñ. c. lib. deñ quoties contrafecerit. Et nihilominus si fieret tale mandatum nō ualeat ipso iure excepto tamen q̄ si coram ipso. D. Potestate uel alio officiali dicti cōmunis aliquis diceret uel proferret in aliquem uerba iniuriosa, tunc eidem imponi possit silentium, ne loquatur Et tali contrafacienti pœna iniungi, quæ inobedientibus secundum formam & ordinem. statutorum imponitur.

Quod non adhibeatur fides instrumentis Notariorum qui non sunt in matricula eorūdem descripti. Cap: LXXXV.

QVI non sunt descripti in matricula Notariorum ciuitatis Spoleti cogantur ad petitionē collegii eorundem per. D. Potestatem & suos officiales ad facieñ se scribere in dicta matricula, & ad solueñ centum sol. deñ camerario collegii antedicti pro pipere secundum formā constitutionū ipsius collegii Et interim anteq̄ in ipsa matricula admittātur & Scribant ipsi uel aliquis ipsorum, non faciant aliquam publicam scripturam, q̄ si secus fecerint ipsi Scripturæ fides nullatenus adhibeatur, & non ualeat ipso iure. Et nihilominus in. xxy. lib. deñ. pro qualibet publica scriptura puniant. Et eidē pœnæ subiaceat minor. xx. Annis aliquod publicū conficiens instrumentum.

Qualiter ars Notariæ interdici possit & de forma recipiēdi notarios in matricula. Cap. LXXXVI.

* Ex scdis addi. ca. xxii

(I)TEM statuimus & ordinamus pro cōmodo & honore Notariorum dictæ ciuitatis & ne ex defectu uel ignorantia aliquorum ipsum collegium recipiat detrimentum, quod etiam

in non modicum damnum ſingularium perſonarum dictæ ciuitatis, diſtrictus & comitatus facientium per tales Notarios teſtamenta, inſtrumenta & alias ſcripturas redundare uidetur. Ideo prouiſum eſt q̃ capitanei dicti collegii cum conſilio quatuor de antiquioribus poſſint & ualeant cum conſenſu & uoluntate rectoris ducatus uel eius Cõmiſſarii & non aliter dictam artem in totum ſiue in partem in perpetuum uel ad tempus Notariis huiuſmodi, & quibus eis uidebitur interdicere, qui notarii uel aliquis ipſorum deinde non audeant dictam artem ulterius exercere pœñ. c. lib. deñ. de facto per poteſtatem dictæ ciuitatis auferen̄ pro uice qualibet qua contrafecerint in prædictis. Et ne ignorantia generet preiudicium contrahentibus ſtatuerunt q̃ inſtrumenta facta poſt prohibitionem prædictam ualeant dicta prohibitione non obſtañ. Item ſtatuere q̃ nullus notarius qui in matrícula Notariorum deſcriptus non reperiretur poſſit aſſumere & habere aliquod officium notariatus in cõmuni dictæ ciuitatis cum ſalario. Et nihilominus ſi aſſumeretur uel aſſumptus acceptaret officium pœñ xx. lib. deñ. incurrat. Et Camerarius dictæ ciuitatis non præſumat tali Notario ſalarium aliquod perſoluere cum bullecta uel ſine. Si uero cõtrafaceret de ſuo proprio uideatur ſoluiſſe. Item ſtatuere ne in dicto Collegio poſſit aliquis recipi, uel in matricula Notariorum deſcribi niſi prius de eo facta diligenti examinatione ſuper ſcientia & eruditione eiuſdem per capitaneos notariorum dicti collegii & deliberatione obtenta in congregatione dicti collegii uel duarum partium eiuſdem pœñ tam recipien̄ q̃ ſcribentibus & tali qui reciperetur contra dictã formã quinquaginta lib. deñ. pro quolibet imponenda, & prædicta non uendicent ſibi locũ in officialibus forenſibus dictæ ciuitatis præſentibus & in futurum eligendis.)

Quod nullæ litteræ aperiãtur Sine licentia & præſentia. D. Priorum. Cap. LXXXVII.

LITTERAS quaſcunq; cõitati Spoleti tranſmiſſas nullus aperiat abſq; præſentia & conſenſu. D. Priorum uel maioris partis ipſorum, qui autem contrafecerit in prædictis in xxv. lib. deñ. uice qualibet puniatur.

Quod poteſtas caſtrorum poſſint imponere pœnam ſecundum formam præſentium ſtatutorum. Cap. LXXXVIII.

SI POTESTATES caſtrorũ comitatus uel diſtrictus Spoleti pceſſerint cõtra aliquẽ ſuper aliquo maleficio uel exceſſu, cuius non eſſet certa pœna in ſtatutis dicti caſtri poſſit occaſione ipſius maleficii uel exceſſus pœnam imponere, quæ in ſtatutis & decretis ciuitatis Spoleti ſuper tali maleficio uel exceſſu reperiretur expreſſa. Et ualeat & teneat, ac ſi per ſtatuta dicti caſtri pœna in condemnatione contenta declarata eſſet.

Quod. D. Priores faciant ſoluere elemoſynas in ſtatuto contentas. Cap. LXXXVIIII.

ELEMOSINIS redimuntur peccata & placatur deus erga peccatores propter largitionem ipſarũ, ideo ſint uigiles & attenti. D. Priores populi, ut elemoſynę quæ religioſis monaſteriis & aliis piis locis ſolui debent debitis & ordinatis tẽporibus perſoluant̃ ad quod teneantur uinculo iuramenti & pœna. xxv. lib. deñ. pro quolibet qui neglexerit elemoſynas antedictas per camerarium cõmunis ſolui facere.

Quod ſoluatur cenſus qui debetur cõmuni Spoleti in feſto Sanctæ Mariæ de Auguſto, & quo ordine recipiatur. Cap. XC.

CASTRA & uniuerſitates comitatus & diſtrictus Spoleti teneantur in feſto ſanctæ Mariæ de Auguſto apportare cenſum quem ſoluere tenentur Communi Spoleti, & omne id

quod eiusdem cẽsus occasione soluere tenentur,& ipsum censum persoluere per sindicum ad hoc deputatũ specialiter ad pœñ.mille lib deñ.pro uniuersitate qualibet siue castro Si aũt aliqua uniuersitas uel castrum uellet aliter dictum censum soluere, non recipiatur,sed contra eos & quemlibet eorum procedatur ad exactionem dictæ pœnæ,& si quis dictum censum perceperit,dicto sindicatu non habito in.c.lib deñ.uice qualibet condemnetur,&Notarius cameræ teneatur uinculo iuramẽti,& pœñ.xxy.lib deñ sindicatus prædictos & census solutos scribere & ponere ad registrum cõmunis,& in ipso publicare prædictos.

Quod quando aperitur Cassa grossa Gabellæ intersint tres de Bullectis: Cap̃. XCI.

QVOTIESCVNq; aperitur Cassa grossa Gabellæ intersint tres super bullectis uel duo ex eis.Et pecunia quæ inde extraheretur non possit expendi absq; ipsorum uoluntate & consensu.Si autem aliter aperiretur,uel expenderetur contrafaciens in centũ lib.deñ. uice qualibet condemnetur & ipsam expendens cõmuni Spoleti restituat,ac si ipsam nullatenus expendisset.

Quod Priores populi & capitanei artium possint offerre & liberare in certis festiuitatibus. Cap̃. XCII.

DISCIPLINA siue misericordia destituitur, siue una siue altera teneatur ideo prædicti statutarii disciplinam temperantes misericordia statuerunt q; ad honorem & reuerentiam omnipotentis dei,cuius proprium semper est parcere & misereri,detentos in carceribus cõmunis Spoleti duobus annis cõtinue pro aliquo maleficio non existentes soluendo eorum condemnationem cum de ipso maleficio uel excessu debite sint puniti & corpus suppleuerit, quod eorum defecit marsupio D.Priores populi & capitanei artium ciuitatis Spoleti uel eoq; duæ partes possint & eis liceat relaxare absq; aliqua solutione facienda pro condemnationibus pro quibus in carceribus detenti fuerint offerẽdos Beatæ Mariæ semper uirgini in eius festo de mense Augusti uel die ueneris sancti uel Natiuitatis Dñi ut melius & decentius eis uidebitur conuenire,& facta oblatione prædictoq;,uel alterius eorum.Notarius Cameræ teneatur authoritate p̃sentis statuti cassare,circũducere, & Cancellare sentẽtias & cõdẽnationes, Vigore quarum in carceribus detinebantur ipsi oblati,Ponẽdo in margine cõdemnationis, q; ideo cassa fuit quia condemnatus fuit oblatus,eo quia stetit in carceribus pro dicta condemnatione duobus annis.

Quod officiales forenses cõmunis Spoleti teneantur ire in certis festiuitatibus ad ecclesias infrascriptas. Cap̃. XCIII.

ADMISSARVM solẽnia teneantur D.Potestas,iudex appellationum i Assessor.D. Priorum & alii officiales forenses ciuitatis Spoleti cum Tubis Sonantibus accedere ad festiuitates quaslibet infrascriptas S.Beati Simonis,& etiam Beati Francisci ad locũ Fratrũ Minoq;, Vbi Corpus Beati Simonis est sepultum,Beati Nicolai & Beati Augustini ad locum Fratrum Heremitarum Sancti Augustini,& beatoq; Dominici,atq; Petri Martyris,ad locum Fratrum p̃dicatorum,Beati Concordii ad eiusdẽ ecclesiam extra Spoletũ,Beati Ioannis olim archiepiscopi Spoletini ad ipsius ecclesiam,Beati Lucæ Euangelistæ ad locum Seruorum Sanctæ Mariæ.

De elemosynis

De elemosynis facieñ Heremitis & fraterculis de Monteluco & Hospitali Sanctæ Crucis. Cap̃. XCIIII.

HEREMITIS seu fraterculis de monteluco, teneatur & debeat Camerarius cõis Spoleti in festo Beatæ Mariæ de mense Augusti Pro eorum indumẽtis dare quinquaginta lib. deñ. Hospitali S. Crucis detur Banderia quæ dat' cõmuni Spoleti per cõmunitatem Abbatiæ Florentioli & duo Cærei Cæræ ponderis. x. lib. in festo Sanctæ Crucis ad quas teneatur & ad solueñ cogi possit Camerarius antedictus prout supra de aliis elemosynis per ipsum solueñ aliis religiosis omnibus est expressum.

Quod. D. Priores non uadant ad Nuptias nec ad funera mortuorum. Cap̃. XCV.

QVAMVIS supra sit expresse prohibitum ne Dñi Priores populi exeant palatium ad eorum habitationem deputatum sine certis causis, quia tamen spãlis prohibitio magis afficit, hac præsenti lege sancimus q̃ nullus ex. D. Prioris antedictis eat uel accedat ad aliquas nuptias neq̃ ad funera mortuorum uinculo iuramenti, & pœna x. lib deñ pro quolibet quotiens contrafecerint in prædictis nisi persona quæ nuptias contraheret uel celebraret seu defuncta esset usq̃ in tertium gradum consanguinitatis uel affinitatis inclusiue attineret alicui prædictorum quo casu ipse attinens tantum possit ire cum uno socio ex ipsis. D. Prioribus antedictis.

Quod iudices & Notarii Spoletañ. Sindicentur, Cap̃. XCVI.

IVDICES & Notarii Spoletañ ad ciuilia deputati degestis cõmissis & omissis per eos eo tempore & modo per sindicatorẽ potestatis sindicentur. Quo sindicari debent iudices & Notarii potestatis, Et eadem pœna de cõmissis puniantur qua puniendi sunt iudices & Notarii potestatis secundum formam statutorum.

Quod relicta facta cõmuni debeant assignari per Notarios, Cap̃. XCVII.

PROVIDERVNT insuper & ordinauerunt q̃ omnes & singuli Notarii qui rogatĩ fuerint & scripserint aliqua testamenta codicillos uel ultimas uoluntates, in quibus appareret q̃ aliqua persona legauerit aliquid uel iusserit fieri Cõmuni Spoleti, uel in eis continerentur aliqua legata facta dicto cõmuni, q̃ dicti Notarii uel eorum successores uel habentes libros dictorum notariorum teneantur dicta testamenta codicillos & ultimas uoluntates relicta & legata apportare producere & dimittere corã Prioribus populi infra mensem a die bandimenti præsentis decreti, & apportãtes seu producentes huiusmodi testamenta, Codicillos & libros in quibus prædicta continerent' habeant quatuor deñ. pro qualibet lib. eorũ quæ continerentur in dictis testamentis & Codicillis & in casu prædicto Priores populi qui pro tẽpore fuerint absq̃ tribus officialibus de bullectis teneantur ea die qua fuerint apportata facere tali apportanti apodissam sub pœñ. x. lib. deñ. pro quolibet & Camerarius cõmunis teneatur soluere habita dicta bullecta sub dicta pœna si uero dicti Notarii & successores eorum uel possessores dictorum librorum fuerint negligentes in produceñ & exhibẽdo dictos libros infra dictum tempus cuilibet contrafacienti centum lib. deñ per. D. Potestatem de facto auferantur cuius pœnæ dimidium applicetur potestati reliquum uero cõmuni Spoleti, & q̃ Dñs potestas super prædictis plenum habeat arbitrium inuestigandi & ueritatẽ inquireñ & contra facientes de facto puniendi pœna prædicta Nec de his quæ pro exactione prædictorum fecerit sindicari debeat aliquo in contrarium loqueñ non obstañ.

De officio massariorum cõmunis & ipsorum electione ac imbuxulatione. Cap. LXXXXVIII.

MASSARIORVM cõmunis anno tantum duret officium, & duo tantum ciues pro quolibet anno eligantur & imbuxulentur per habentes authoritatem in ipso bussulo & ante finem eorum offici per decem dies una cum Magistratu Dominor& Priorum de buxulo extrahantur & in principio eorũ officii in manibus Dñor& Priorum corporaliter manu tactis scripturis iurare debeant legaliter & bona fide eorum officium exercere sine aliqua fraude, dolo seu machinatione Et authoritatem habeant inquirendi & procedendi contra omnes & singulos occupantes & apprehendentes uias publicas ciuitatis & comitatus Spoleti, & si quid inuenerint occupatum & appræhensum debeant impristinum statum facere reponi & reduci & occupatores & apprehensores huiusmodi, & quẽlibet ipsorũ possint pro eorum arbitrio summarie absq; prolatione alicuius sententiæ usq; in quãtitatem .xx. lib. deñ. punire applicañ pro medietate communi Spoleti pro alia medietate massariis prædictis dummodo contra eos ad aliquam executionem realem seu personalem non procedant sine expressa uoluntate & consensu Magnifi. Dñor& Priorum pro tempore existentium uel maioris partis ipsorum de qua licentia apparere debeat manu cancellarii Dñor& Priorum alʒ dicta executio sit nulla & massarii ipsi incidant in pœnã pro quolibet & qualibet uice .xxy. lib. deñ. Cameræ comunis Spoleti applicañ ipso facto. Et eandem potestatẽ atq; authoritatem habeant super pontibus, aquis aqueductibus, fontibus, & aquarum cursibus ciuitatis & comitatus Spoleti in omnibus & per omnia prout supra & similibus modis & formis procedere debeant & teneantur.

De officio Duorum Notariorum super archiuio & conseruatione iurium cõmunitatis Spoleti. Cap. LXXXXVIIII.

DECET & ualde utile esse uidetur q; aliqui sint in ciuitate qui particulariter curam gerant pro conseruatione & manutentione iurium cõmunitatis Spoleti, ideoq; statuerunt & reformauerunt q; in renouatione buxuli facienda per habentes authoritatem in dicto buxulo imbuxulentur notarii ciuitatis prout ciuibus de buxulo uidebitur quorum officium per annum duret & finito anno alii extrahantur qui notarii extracti habeant & habere debeant curam & regimen omnium librorum iurium instrumẽtorum, & monumentorum quorũcũq; ipsius cõmunitatis Spoleti: qui libri, iura, monumẽta instrumenta sint & esse debeant reclausa in aliquo loco secreto & clauso, ita & taliter q; nullus alius accedere possit sine scitu & uoluntate ipsorum notariorum qui notarii primo loco extracti seu electi teneantur & debeant de omnibus libris istrumentis, scripturis, & monumentis ipsius ciuitatis Spoleti facere unum repertoriũ seu summã taliter, ut ex ipsius inspectione breui tempore uideri possint in casibus occurrentibus futuris temporibus iura quæ in ipso archiuio reperiunt. Salariũ uero ipsorum notariorum archiuii sit & esse debeat florenorum duor& pro quolibet & quolibet anno.

FINIS. LIBRI PRIMI.

INCIPIT LIBER SECVNDVS CONTINENS IN SE

maleficia & dãna data & iuriſditionem Poteſtatis & eius officialium & cuiuſlibet poſiti ad ius reddendum ſuper eis.

De iuriſditione Dñi Poteſtatis & iudicis maleficiorum. Cap. I.

IMPVNITAS ſcelerum fideles exanimat & armat audaciã contra bonos, ideo publicæ utilitatis exiſtit, ne maleficia remaneant impunita, & quos diuinus timor a malo non reuocat, Temporalis ſaltem cohibeat diſciplina. Verum quia nihil prodeſſet iura condere, niſi miniſtri iuſtitiæ haberent, qui malis hominibus ciuitatem purgarent, & maleficia ſecundum legem debitam cohercerent. Per ſupradictos Dños ſtatutarios eſt hac præſenti lege prouiſum, ꝙ Dñs poteſtas ciuitatis Spoleti, & iudex maleficiorum, qui erunt per tempora, & quilibet eorum habeant, & habere intelligantur in ciuitate Spoleti, & eius comitatu, & diſtrictu merum & miſtum imperium, & omnem iuriſditionem, & ꝙ tam ipſe poteſtas q̃ iudex maleficiorum poſſint de omnibus & ſingulis maleficiis, quæ in ciuitate comitatu & teritorio ſiue diſtrictu Spoletano cõmitterentur tempore ſui regiminis, & de retro cõmiſſis per ſex mẽſes, & etiam de homicidio robbaria. proditione, falſitate arſura & furtis retro cõmiſſis infra duos annos, & ꝓcedere & cognoſcere per accuſationem denuntiationem & inquiſitionem, eſto ꝙ non præceſſerit infamia aliqua de maleficio de quo inquireretur, quæ eſſet in actis redacta & de his & ſuper his dictus Dñs Poteſtas, & iudex. & uterq; ipſorum poſſint, & debeant cognoſcere procedere ac ꝓnunciare diebus quibuſlibet tam iuridicis q̃ feriatis etiam ad honorem dei inductis omnibuſq; aliis iuris ſolẽnitatibus prætermiſſis, ſeruata dumtaxat in ſe ſuper prædictis & circa ea cenſura & forma ſtatutorũ cõis Spoleti, & prædictus Dñs Poteſtas & iudex maleficiorũ & uterq; ipſorum dicta maleficia pœnis debitis cohercere, ac punire teneantur iuxta tenorẽ, & formam probationũ ſuper ipſis cauſis maleficiorum factoꝝ conſiderata in ipſis probationibus ſubſtantialitate ſeu eſſentialitate ipſorum maleficiorũ obiectoꝝ, ipſorũq; probatione, non autem forma uel qualitate quacunq; circa ipſorum maleficiorum ſeu pœnarum de ipſis imponendarũ aggrauatione in ipſis accuſationibus denuntiationibus uel inquiſitionibus appoſita uel adiecta qua non probata nihilominus de ipſo maleficio iuxta probationis factæ menſuram pœna debita imponatur pactis pacis remanentibus ſemper ſaluis:

De notificatione accuſationum Dñis Prioribus facienda. Cap. II.

NOTIFICENTVR per Dominum Poteſtatem ſeu per iudicem maleficiorũ eiuſdẽ Dñis Prioribus populi omnes inquiſitiones, quæ formarentur per ipſos, uel alterũ ipſorum, contra quoſcunq; de quibuſcunq; maleficiis, accuſationibus & denũtiationibus exhibitis coram ipſis, uel altero ipſorum infra tertiam diem a die formatæ inquiſitionis denuntiationis exhibitæ uel accuſę & ipſarum copiam de uerbo ad uerbum tranſmittant prout, & ſicut iacent in quaterno ſine nominibus tamen teſtium exceptis accuſationibus denuntiationibus, & inquiſitionibus, quæ fierent ſuper dãnis datis, ad quoꝝ notificationẽ & ipſorum copiã tranſmittẽdam prædicti minime teneantur, Dñi uero Priores faciant dictas copias bene & diligenter in quodam libro de ipſis faciendo per ordinem regiſtrari, & quibuſlibet quindecim diebus ipſas examinent, & pro iniuriatis mittant & circa prædicta obſeruent quod ſupra in prima parte in capitulo quod a pluribus queritur, ſerioſius eſt expreſſum. Si autem poteſtas & eius iudex maleficiorum dictas copias dimiſerint mittere ut eſt dictum in cẽtũ lib. deñ. cõdemnentur.

STATVTORVM

De citationibus & exbandimentis in maleficiis faciendis, & ipſorum ordine atq; forma: Cap. III.

CITATIONES ſuper cauſis maleficiorum fiant & fieri debeant hoc modo uidelicet quilibet accuſatus denuntiatus uel inquiſitus cõtra quẽ ꝓcederet de aliquo maleficio de quo pœna ueniret aliqua imponenda per formã ſtatutoꝝ uel iuris duabus uicibus & diuerſis diebus & per baiulos dicti cõis perſonaliter uel ſaltẽ ad domũ ſuæ ſalicæ habitationis aliquo de ſua familia maiore quatuordecim annis uel aliquo de ſuis uicinis ætatis ꝑdictæ audiente citet & requirat ꝙ ueniat corã dicto dño poteſtate uel iudice maleficiorũ ad ſe excuſandum ab accuſa denuntiatione uel inquiſitione quæ fieret cõtra ipſum infra ſecundã diẽ ſi talis reus habitauerit in ciuitate Spoleti, & intra tertiã diẽ ſi in comitatu a die factæ citationis in antea cõputandã ipſa die citationis minime cõputata. & dicta prima citatio poſſit fieri tantum uerbo abſq; alia cedula & cõmiſſione, & per bayulũ. Secũda uero citatio fieri debeat per bayulũ cũ cedula inſcriptis cõtinente totã ſeriẽ & qualitatẽ maleficii ſiue maleficiorum cuius uel quorum occaſione ꝓcederet cõtra talẽ citãdũ, & dicta cedula ſit ſubſcripta manu notarii in cuius actis erit ꝓceſſus ſup quo emanat citatio in hac forma ego talis exprimẽdo nomen ꝓpriũ notarii dñi poteſtatis & iudicis dictæ cedulæ miſſæ, & talẽ cedulã cõtinentẽ dictũ maleficiũ, & ut ſupra dicit ſubſcriptã dimittat ad domũ dicti citati alicui de ſua familia uel ſaltẽ apud unum de ſuis cõuicinis uel perſonaliter ſibi tradat uel ad hoſtiũ domus ꝓprie habitationis affigeñ dimittat, & ſi aliter fierent dictæ citationes uel ipſaꝝ aliqua nõ ualeant ipſo iure Præterq; in illis qui feciſſent citari aliquẽ extra iuriſditionẽ ciuitatis Spoleti uel qui declinaſſẽt iuriſditionẽ cõis Spoleti in quibus caſibus cedulæ nõ dimittantur. ſed obſeruet capl'm ſequens & capl'm, Ixiiii. infra eodẽ libro quo caſu ſecunda citatio fiat eo modo quo prima. Si uero talis accuſatus denuntiatus uel inquiſitus tunc tẽporis non habitauerit in ciuitate ſeu diſtrictu Spoleti, & habitaret & morã traheret in aliqua ciuitate caſtro uel comitatu & diſtrictu alicui⁹ ciuitatis uel caſtri cõtiguis comitatui & diſtrictui Spoletano notificet ꝓ litteras & bayulũ dicti cõis per poteſtatẽ uel iudicẽ maleficiorũ rectori uel officiali ciuitatis uel caſtri, ubi talis citandus habitaret uel ubi domiciliũ haberet cauſa ꝓpter quã ꝓceditur cõtra eũ. Et ſi per modũ inquiſitionis denuntiationis uel accuſæ cum termino aliquorũ dierũ arbitrio poteſtatis uel iudicis aſſignando in quẽ poſſit dictus inquiſitus denũtiatus uel accuſatus cõſiderata loci diſtantia uenire & cõparere ad ſe excuſandũ & defendendũ a tali inquiſitione denũtia uel accuſa. Sed ſi talis inquiſitus denuntiatus uel accuſatus nõ habitaret uel domiciliũ haberet in aliqua ciuitate caſtro uel loco cõtiguis comitatui & diſtrictui Spoletano tunc fiat citatio ſono Tubæ præmiſſo per unum ex bãnitoribus dicti cõis publicæ & alta uoce ad bancũ iuris ubi iura reddunt per ipſum dñm poteſtatẽ & iudicẽ maleficiorũ de tali inquiſito denũtiato uel accuſato cũ termino octo dierum eidẽ in ipſa citatione aſſignando intra quẽ uenire poſſit ad ſe excuſandũ ab ipſa tali inquiſitione denuntia uel accuſa. Quod ſi talis citatus uel requiſitus in quolibet caſuũ ꝑdictorũ infra terminũ ipſarũ citationũ uel requiſitionũ nõ cõparuerit tunc ipſis terminis elapſis exbãniatur publice & alta uoce ſono Tubæ præmiſſo per unũ exbannitoribus dicti cõis cuius banni in effectu hec ſit forma, qnoniã talis de tali loco citatus ex parte Dñi Poteſtatis uel iudicis maleficiorũ ꝙ ueniret corã eo ad ſe excuſandũ & defendendũ ab accuſa inquiſitione uel denũtia de eo facta infra citationũ terminos uel aliquẽ eorũ ſeu infra notificationẽ termini nõ cõparuerit, Iccirco dñs poteſtas ſiue iudex maleficiorũ facit eũ exbanniri de ciuitate & comitatu & diſtrictu Spoleti in tantã quantitatẽ pecuniæ in ea uidelicet quæ ipſo maleficio imponẽda ueniret per formã alicuius capituli ſtatutorũ uel in perſona ſeu membro, ſi ex dicto maleficio pœna perſonalis uel mẽbri reſultaret, & ſi plus uel minus exprimeretur in ipſo banno ꝙ eſſe deberet ſecundũ formã ſtatutorũ nõ per hoc uitiet. Sed ipſum bannũ intelligat datũ in debita quantitate, in quo bãno remaneat ſi intra tertiã diem a die dati bani Si talis reus habitauerit in ciuitate burgis uel ſubburgis Spoleti, & ſi in eius comitatu intra qntã diem, & in octauã diẽ ſi in ciuitate uel comitatu & diſtrictu ꝑdictis nõ habitauerit corã tali poteſtate ſeu iudice maleficiorũ nõ cõparuerit, tali inquiſitioni denuntiæ uel accuſæ reſpõſurus, & ſuis pariturus mãdatis, ipſa die dicti talis exbãnimẽti in dictis terminis uel ipſorũ aliquo minime cõputata. Elapſis uero tam terminis dictarum citationũ ſeu notificationis prædictæ, ꝙ etiam termino dicti ban-

nimenti

nimenti talis reus si non cõparuerit ex nunc uigore & authoritate præsentis capituli statutoꝝ pro contumace habeatur atq; reputetur & censeatur legitime conuictus de omnibus & singulis in ipsa inquisitione denuntiatione uel accusa cõtentis. Et perinde dictus potestas siue iudex maleficiorum contra eum ad sententiam & condemnationem procedere possit & debeat, ac si ipse reus contumax de omnibus & singulis in ipsis inquisitione accusatione uel denuntiatione cõtemptis esset legitime conuictus & testibus & probationibus legitime superatus. Sane si intermino alicuius prædictaꝝ citationum uel banni compareret aliquis pro ipso reo coram ipso domino potestate uel iudice maleficiorum allegans causam absentiæ ipsius rei tunc talis excusatio audiatur pro ut eidẽ dño Potestati uel iudici maleficiorũ, uidebitur cõuenire inspecta tamen qualitate maleficii & conditione talis rei. Preterea in omnibus citationibus notificationibus & exbannimẽtis præceptis & ambasiatis factis per bayulũ & bãnitores cõis Spoleti in causis & super causis huiusmodi, & in aliis quibuscunq; & ex cõmissione uel mãdato dictorum dñi Potestatis, & iudicis maleficiorꝝ uel alterius eorꝝ uel sine cõmissione ubi liceret sine cõmissione citare & generaliter de oibus & super oibus quæ ad ipsorꝝ spectant officiũ stetur & credatur relationibus eorundẽ. Si uero reus intermino alicuius dictarũ citationũ notificationũ seu banni uelante sentẽtiã cõparuerit corã ipso dño Potestate uel iudice maleficiorꝝ qualibet die etiã feriata ad honorẽ dei eius cõparitio admittatur. & postq; ipsi accusationi denuntiationi uel inquisitioni responderit, & idoneos fideiussores dederit relapset, & detineri non possit uel grauari occasione alicuius causæ uel denuntiationis uel cõdẽnationis uel debiti præcedentium ipsam excusationẽ nisi de tali maleficio ageretur in ꝓcessu super quo se excusauit de quo principaliter uel secundario uel indefectũ alicuius pœnæ pecuniariæ nõ solutæ pœna aliqua personalis ipsi reo imponenda ueniret per formã alicuius capli statutorꝝ, Ipsi aũt reo post eius responsionẽ assignetur terminus decem dierũ ad oẽs & singulas suas defensiones & ꝓbationes faciendas & totidem accusatori ad suã accusam probandã qui terminus habeat & sit peremptorius infra quem recipiant testes & ꝓbationes utriusq; partis tam super accusationẽ q̃ super inquisitione & denũtiatione & articulis defensionis, & ipsis testibus receptis statim post dictum terminũ publicentur & partibus ad ipsam publicationẽ requisitis. & post publicationem testium partibus quinq; dierũ terminus assignetur ad accipiendũ copiã, & opponendum contra testes, & dicta & totũ processum retro factũ ad ꝓbandũ & probatũ habendũ per oẽm ꝓbationis modũ & dicti termini tam primus q̃ secundus habeantur pro datis & assignatis, ac si per dñm Potestaté & iudicem maleficiorꝝ dati essent & arctari nõ possint nisi reus maleficiũ fuerit sponte cõfessus & dixerit se omni defensione carere. Notarius uero maleficiorũ copiã actorꝝ omniũ & scripturarũ super maleficiis illa die uel sequenti qua ab eo peteretur dare teneatur postulanti & quousq; eidẽ petenti copiã nõ dederit eidem nõ currat terminus & ex quo eidem data fuerit copia nil addi uel minui possit in his de quibus data fuerit copia dicta & si adderetur non detur fides additis in eisdẽ & parti nõ noceat ullo modo. teneantur aũt dicti dñs potestas & iudex maleficiorũ omnes & singulas causas maleficiorꝝ ihquisitionis denũtiationis uel accusationis infra triginta dies cõputãdos a die excusationis ubi reus comparuerit & a die primæ citationis ubi extiterit cõtumax per sententiã cõdẽnatoriã uel absolutoriã terminare q̃ si non fecerint in quinquaginta libras denẽ Pro quolibet processu nõ terminato uice qualibet condẽnetur, & nihilominus ipsos processus, & quemlibet ipsorꝝ terminet ad dictam pœnã infra octo dies post dies triginta prædictos immediate sequentes saluo q̃ ultimo mẽse sui regiminis dñs Potestas uel iudex maleficiorꝝ nõ ferãt nec ferre possint sententias absolutorias in dictis causis maleficiorꝝ nec testes ad offensam receptos qui maleficium super quo sunt recepti non probant legitime publicare, & in prædictis non currat eis terminus supradictus.

De pœna facientis aliquem citari indebite extra iurisditionem ciuitatis Spoleti. Cap: IIII.

EXTRA curiam & iurisditionẽ ciuitatis Spoleti aliquẽ uel aliquos facientes indebite citari uel uocari ciuiliter uel criminaliter in principali causa uel appellatione dñs potestas ciuitatis prædictæ, & iudex maleficiorum uinculo præstiti iuramenti, & pœna centũ lib. denẽ. pro qualibet uice teneat, & debeat quoties fuerit requisitus ad petitionẽ talis citati & cuiusli

XXVIIv

bet cõquerentis cogere & cõpellere modis omnibus quibus poteſt illum qui eum uel eos citari fecerit & requiri, ut deſiſtat omnino a tali moleſtia contra eum & eundem in centũ librasdeñ. puniat & cõdemnet ſi eſt ſuæ iuriſditioni ſubiectus. Si autem nõ ſubiectus exiſtit cogat eius patrem uel eius fratrẽ uel fratres ſi hẽt aliquẽ ex p̃dictis, ſi uero nõ habet aliquẽ ex p̃dictis cogat eius pximiores cõſanguineos ad ſoluendũ ipſam cõdẽnationẽ cuius dimidia ſit cõis Spoleti, reſiduum uero ſit talis citati uel requiſiti prædicti, & q̃ dñs poteſtas ad petitionem talis ſic citati uel moleſtati debeat & teneatur ei⁹ cũ defendere & defendi facere expenſis omnibus cõis prædicti nõ obſtante aliquo capitulo ſtatuti dicti cõmunis incontrarium loquente, & ſi dictus dñs Poteſtas fuerit negligens in prædictis perdat de ſuo ſalario centũ libras deñ & teneatur prædictus dñs Poteſtas proponere in conſilio populi dicti cõmunis primo menſe ſui regiminis ſi ſuper hoc eſt aliquid addendum, & ſi aliquis non ſubiectus dicto cõmuni contrafaciens in prædictis habet aliqua bona ſita in ciuitate uel comitatu Spoleti teneatur poteſtas & iudex maleficiorum & quilibet ipſorum qui ſuper hoc fuerit requiſitus facere præcipi detentoribus ipſoꝝ bonorum ne ipſa bona ulterius teneant uel laborent pro tali contrafaciente ſub pœna centũ librarum quam incurrat, ſi poſt dictum mandatum detinuerit ipſa uel laborauerit.

Quod ſententiæ criminales ferantur in cõſilio populi. Cap̃. V.

SENTENTIAS omnes maleficiorum tam condemnatorias q̃ abſolutorias poteſtas & iudex maleficiorum & iudex appellationum teneantur & debeant uinculo iuramenti & pœna centum librarũ deñ. pro quolibet & qualibet uice ferre in conſilio populi bannimento præmiſſo, q̃ quicunq; habet facere in eorũ curiis occaſione alicuius maleficii uel exceſſus, Veniat in dicto conſilio ſententias auditurus, & facto dicto bannimento poſſint ipſæ ſententiæ ferri, & alia citatio non requiratur ad ipſam ſententiam audiendam. Sed dictum banuum habeatur perinde ac ſi perſona contra quam feretur ſententia fuiſſet perſonaliter legitime & peremptorie citata ad dictam ſententiam audiendam. prædicti autem officiales & ipſorum quilibet ſententias ferendas per ipſos faciant per notarium qui de ipſis regatus extiterit ante ipſarũ prolationem publicare & de ipſis cõfici duos libros chartæ pecudinæ quorum unus ſtatim in dicto conſilio, ubi dictæ ſententiæ legentur notario cameræ aſſignet, & alter remaneat penes eos ut de ipſis ſententiis copiam faciãt cuilibet poſtulanti quam dare teneatur quilibet requiſitus ea die uel ſequenti ad pœnam. xxy. lib deñ. & donec copia fuerit exhibita ex quo petita fuerit, ad appellandum petenti prædicto terminus non labatur.

De pœnis mitigandis propter pacem. Cap̃. VI.

PACE facta cum iniuriato uel eius procuratore legitimo, uel ipſo mortuo cũ propinquioribus conſanguineis ciuſdem de maleficio de quo proceditur per publicum inſtrumentum per malefactorem contra quem proceditur. ſi ipſam pacem in publicam formam redactam, produxerit infra decem dies poſt ipſius excuſationẽ immediate ſequẽtes in dimidia pœna pecuniæ in qua alꝰ puniretur, ſi ipſam pacem non feciſſet condemnetur. & talis malefactor producens inſtrumẽtum prædictæ pacis habeatur pro confeſſo de omnibus maleficiis in ipſo pacis inſtrumento contentis, & de illis tantum ſpecificatis in eo, proſit eidem pax producta, non tñ maledicis dei uel alicuius ſanctorum uel iurantibus per corpus ipſius & ſimilia, proſit pax aliqua ſolutio uel confeſſio quæ fieret.

De quarta parte pœnæ mitiganda propter cõfeſſionem. Cap̃. VII.

CONFESSVS maleficium tempore quo ſe p̃mo excuſauerit ab inquiſitione accuſa uel denuntia puniatur in quarta parte minus pœnæ, quæ eidem debet imponi pro illo maleficio non confeſſo, cum mitius ſit agendum cum ſponte confeſſo q̃ cum teſtibus ſuperato. Poſtq̃ autem ſe excuſauerit denuntiatus & accuſatus uel inquiſitus confitendo uel negando maleficium non admittatur deinde ad ſe de nouo excuſandum ſuper eodem maleficio, ad hoc ne detur materia deierandi.

De quarta

De quarta parte pœnæ mitiganda ꝓpter ſolutionem infra terminū. Cap̃ .VIII.

SOLVENTI Camerario cõmunis cõdemnationem factã de ipſo de aliquo maleficio infra decem dies poſt latam ſententiam a die latę ſententiæ cõputandos diminuatur quarta pars quantitatis in condemnatione contentæ.

De his qui excipiuntur a pœnis. Cap̃ .VIIII.

DE offenſionibus & delictis quibuſcunq; cõmiſſis & cõmittendis impoſterum inter aſcendentes & deſcendentes cuiuſcũq; gradus exiſtant inter fratres, & alios collaterales uſq; in tertium gradum incluſiue ſecundum ius canonicum computandum inter maritum & uxorẽ inter affines in primo genere affinitatis uſq; in ſecundum gradum incluſiuæ ſecundum ius canonicum computandum inter magiſtrum & diſcipulum. inter amaſium & amaſiam, inter minores .xiii. annis, uel inter aliquos qui ſint & morentur in eadem familia uel ſi quis offenderet ioculatorem, uel meretricem publice meretricantem, uel minorem quatuordecim annis, uel ſi minor duodecim annis offenderit maiorem duodecim annis, non poſſit poteſtas iudex maleficiorum uel alius officialis procedere cognoſcere uel punire. Sed prædictæ offenſiones ſint omnino & totaliter impunes inter perſonas prædictas niſi fieret uoluntaria accuſatio per talem offenſum, uel patrem ipſius a qua tamen accuſatione poſſit impune accuſator deſiſtere uſq; ad ſententiam, & ipſo deſiſtente non poſſit ulterius ſuper ipſa accuſa procedi, ſed eo caſu officialis de tali maleficio cognoſcens pronuntiet ſuper ipſa accuſa non eſſe ulterius procedendum. Si uero ipſis accuſis non renuntiaretur poſſit & debeat de maleficiis commiſſis inter perſonas prædictas in ipſis accuſis deductis pœna imponi arbitrio iudicantis, dũmodo ipſe iudicans pœnam non excedat in ſtatuto contentam, ſed eam minuat eius arbitrio & uoluntate, conſideratis qualitate ipſius facti & conditionibus perſonarum. Et prædicta nõ intelligantur in maleficiis & exceſſibus infraſcriptis, ac etiam cõmiſſis inter perſonas præfatas ſuper quibus & de quibus dicti dñs poteſtas & iudex maleficiorum & ipſorum uterq; per inquiſitionem denuntiã uel accuſam poſſint procedere & cognoſcere, & ipſis malefactoribus pœnam imponere ſuo arbitrio inſpecta qualitate facti, & conditionibus perſonarum dũmodo non excedat pœnã de ipſo maleficio in ſtatuto contentam uidelicet pro homicidio membro amputato ſiue debilitato percuſſione facta cũ ſanguinis effuſione cum cultello ſpata mazaferrata, & aliis generibus armorum ferreis. & talibus proceſſibus factis de ſupradictis maleficiis non poſſit renuntiari, & ſi fieret nihilominus ſuper ipſis procedatur, ac ſi facta non foret declarato in prædictis ꝙ ubi ſupra loquitur de minoribus non intelligatur de minoribus decẽ annis de quorum rixis & maleficiis commiſsis per eos. nulla pœna reſultet nec poſsit procedi contra ipſos per aliquem officialem. Inſuper quicunq; currens equum tempore nundinarum quæ fierent in ciuitate Spoleti in loco ſeu locis ad dictas nundinas deputatis. Si dicto tẽpore offenderit aliquem cum dicto equo si clamauerit alta uoce ter guarda guarda guarda ſeu leua leua leua ad pœnam nullatenus teneatur aĩs ſubiaceat pœnæ, ac si talem offenſum cum equo propriis manibus offendiſſet Et si dicto caſu euenerit ꝙ offenſus moriatur pœna. quingentarũ librarũ talis offendens puniatur niſi talis offendens ex propoſito & data opera offendiſſet, quo caſu ſubiaceat pœnis in ſtatuto contentis.

De queſtionibus siue tormentis & quo caſu & ordine quis poſſit tormentari. Cap̃. X.

TORMENTORVM aſperitas nec correctionem nec ſalutem inducit. Et licet in maleficiis perquirendis inueſtigandis & reperiendis interdum sit iuſtum adhiberi tormenta, non tamen paſsim & indifferenter eſt queſtio adhibenda. Nullus torqueri poſſit niſi pro ꝓditione coniuratione conſpiratione tractatu ſeu turbatione ſtatus pacifici ciuitatis uel comitatus Spoleti uel alicuius caſtri fortellitii uel rocchæ eidem ciuitati ſubiectorum, & niſi pro robbaria, furto, homicidio, falſitate, priuato carcere, raptu uirginum, & quarumlibet honeſtarum mulierum uiolatione, incendiis uel uaſtis doloſe perpetratis, pro fractura carcerum cõis

Spoleti, ſeu monaſteriorum uel aliarum ſanctarum domorũ, pro ſanguinolentis uulneribus ſiue percuſſionibus, ꝑ membri inciſione uel debilitatione & inſultu facto ad domũ habitatio/nis alicuius noctis tempore, in quibus caſibus & quolibet ipſorum cum non ſit in ipſo cauſæ initio a queſtionibus inchoandum & præcedere debeant inditia legitima, & probatio famæ publicæ, & teſtium prædicta probantiũ atteſtationes & dicta debeant publicari quoꝝ & quaꝝ copia detur ipſi reo, & terminus ad apponendum contra ipſa & probandũ quicquid uult con tra teſtes, & dicta, & demũ ad allegandum, & fiat pronuntia ſuper dictis inditiis an ueniat tor quẽdus, liceat tñ appellare. Quod ſi poteſtas & iudex maleficiorũ uel quiuis alius ſuus officia/lis & familiaris cõtra dictam formam aliquem tormentauerit aliquo genere tormentorum in centum ſib. uice qualibet condemnetur. Et nihilominus confeſſio & dictum tormentari non teneat ipſo iure, & etiam ſententia & proceſſus quæ & qui ex tali dicto & confeſſione ſeqnere/tur. & ad probandũ ꝙ talis fuerit tortus & cõfeſſio & eius dictum per uim tormentorum extor ta & extortum ſufficiat, ꝓbatio famæ quinq; teſtium qui ſint bonæ opinionis & famæ & nõ at/tineant tali tormentato uſq; in tertium gradum conſanguinitatis uel affinitatis incluſiue. Et iudex appellationum dicta probatione recepta ex ſuo officio uel ad petitionem cuiuſcunq; te/neatur & debeat quicquid inuenerit actitatum uigore dictæ torturæ per poteſtatem iudicẽ ma leficiorum & ſuos officiales pronuntiare & declarare nullum eſſe, & caſſari & cancellari de li/bris & actis dicti dñi poteſtatis. Et nihilominus per inquiſitionem denuntiationem & accuſa/tionem poſſit & teneatur procedere cõtra ipſum dñm poteſtatem & cõtra eius officiales quoſ/cunq; tormentantes aliquẽ contra formam præſentis capituli ſtatutorum omni ſolennitate & ordine iuris omiſſis & prætermiſſis & repertos culpabiles puniat & condemnet ut ſuperius eſt expreſſum & condemnationem quam fecerit faciat exigi & per camerarium cõmunis in pote/ſtatis ſalario cõputari. Et quia plerunq; accidit ꝙ reus in prima ſua comparatione datis fideiuſ/ſoribus relaxatur contra quem demum probarentur inditia & fama publica & ꝓpter quæ me/rito eſſet torquendus & ſe in iudicio nõ repreſentaret uoluerũt & ordinauerunt prænominati Dñi ſtatutarii ꝙ ipſe reus citetur ꝙ comparere debeat infra ſecundam diem ipſa die citationis non computata coram dño poteſtate uel iudice maleficiorum ad cõfitendum maleficium de quo proceditur contra eum uel ad ſubeundum torturam cum cõtra ipſum legitima inditia ſint probata quo termino elapſo ſi reus nõ cõparuerit habeatur de omnibus & ſingulis maleficiis de quibus declaratum fuerit ipſum tormentandũ pro conuicto & poſſit tanꝙ conuictus legiti/me condemnari.

De modo examinandi teſtes ſuper cauſis criminalibus. Cap̃. XI.

TESTES per iudicem maleficiorum in quacunq; cauſa Criminali fideliter & diligen/ter examinentur & eorum dicta pure & ſimpliciter & extenſe prout ipſi teſtes uerba pro/tulerint per notarios maleficioꝝ ſcribi faciant qui quidem notarii nõ ſcribant ſub hac forma eorum dicta talis teſtis dixit uera eſſe quæ in dicta inquiſitione denuntia uel accuſa uel aliquo articulo continent, & ſemper de his ſuper quibus teſtificatus fuerit ſe aliquid ſcire interroget ipſe teſtis per ipſum iudicẽ de cauſa ſcientiæ, ꝙ ſi ſecus fecerit dictus iudex ſeu notarius in .xxy. lib. uice qualibet condemnetur & dictum talis teſtis nõ ualeat ipſo iure & parti leſæ teneatur damnũ integraliter reficere, & caueat ſibi dictus iudex ꝙ in ipſis cauſis criminalibus teſtes nõ publicet infra illos decem dies, qui reo aſſignantur ad ſuam defenſionem ad dictam pœnam. nota

Quod mulieres & maiores .xiiii. annis teſtificari poſſint in cauſis criminalibus. Cap̃. XII.

MVLIERES & maiores xiiii. annis teſtificari poſſint in cauſis maleficiorum & ipſa/rum & eorum in dictis cauſis ualeat teſtimonium ſexus uel minoris ætatis exceptione ali qua non obſtante, & iudex maleficiorum ipſas mulieres ſi ſuper aliquo proceſſu deberent ſe excuſare de quo datis fideiuſſoribus non uenirent detinendæ uel teſtimonium perhibere exa/minet in decenti loco & honeſto & ualeat & teneat, ac ſi in loco iuridico ſe excuſaſſent, & te/ſtimonium perhibuiſſent & iuraſſent.

Nota

Quod filii

Quod filii familias & minores. xxy. annis possint in causis criminalibus interesse absq; curatoris consensu uel paterno. Cap̃. XIII.

FILII familias & maiores. xiiii. annis de oĩbus & singulis maleficiis & excessibus quæ commissa esse dicerentur per eos possint se excusare negare & confiteri & super causis maleficiorum in iudicio interesse & dñs potestas & iudex maleficiorum possint contra tales procedere sine consensu & patris authoritate uel curatoris eorum, & tales processus & sententiæ quæ inde sequerentur & appellationes, defensiones iurium productiones, & ꝓbationes quascunq; fecerint, ualeant & teneant non obstante defectu ætatis, & consensus paterni, uel curatoris eorum.

De mnlcta imponenda per dominum potestatem iudicem appellationum & eorum officiales. Cap̃. XIIII.

MVLCTARE possint dñi Potestas iudex appellationum & ipsorum uterq; eis non obtẽperantes & inobedientes in suo officio usq; in q̃titatẽ. x. lib. iudices dãnorũ datorũ & milites potestatis & eorum quilibet usq; in quantitatem centũ solidorum, notarii autem alicuius ipsorum, & quilibet eorum usq; in quantitatem uiginti solidorum. prout eis uidebitur cõsiderata in prædictis qualitate inobedientiæ & personæ inobedientis & ipsas mulctas a quolibet inobediente & qualibet uice usq; in quãtitates prædictas possint de facto exigere absq; formatione processus uel promulgatione sententiæ aliis capitulis maiores pœnas imponẽtibus semper saluis & maiorem pœnam possint imponere. Si per dños Priores populi tali inobediẽti declarabitur imponenda.

De pœna testium non comparentium ad perhibendum testimonium in causis ciuilibus & criminalibus. Cap̃. XV.

QVICunq; fuerit uocatus ad perhibendum testimonium in criminali uel ciuili causa si nõ uenerit in termino sibi dato condemnetur usq; in centum solidos deñ. inspecta qualitate negotii. Et nihilominus per officialem coram quo & cuius mãdato fuerit requisitus realiter & personaliter cogatur ad testimonium perhibendum saluo q; si pro teste fuerit eius absentia allegata & probata, testi prædicto absenti terminus infra quem uenire possit assignetur, & interim non currat terminus producenti.

Quod iudex maleficiorum possit in fauorem cõmunis iura producere & allegare. Cap̃. XVI.

IVDEX maleficiorum Dñi Potestatis & cõmunis Spoleti possit teneatur & debeat uinculo præstiti iuramenti & pœna uiginti quinq; lib. deñ. ex suo officio & nemine prosequente super omnibus & singulis causis, & processibus criminalibus coram ipso uel Dño Potestate uertentibus, uel a quibus esset appellatum ad iudicem appellationum probationes quascũq; inducere & fieri facere pro parte & in fauorem dicti cõmunis tam per testes q; per instrumenta, & per quemlibet alium modum legitimum probationes & statuta & iura quelibet in fauorem ipsius cõmunis facientia proponere & allegare ad hoc ut maleficia in lucem deueniant, & pœnis debitis puniantur.

Quod de similibus ad similia in maleficiis procedatur. Cap̃. XVII.

VBI certa pœna pro maleficio de quo procederetur non imponitur a statuto Dominus Potestas cum cõsilio sui iudicis maleficiorũ imponendo ipsam pœnã possit ꝓcedere de

similibus ad similia & assimiliatio pœnæ quæ fieret per ipsum cum consilio sui iudicis antedicti ualeat teneat, & habeatur perinde ac si in statuto reperiretur expressa.

Qualiter pœnæ delinquentibus duplicentur. Cap. XVIII.

Pœnæ & banna pecuniaria quæ ueniunt imponenda secundum formam statutorum alicui uel aliquibus pro maleficio uel maleficiis si quod committeretur uel committerentur duplicentur illi & illis qui ipsum uel ipsa commiserint post sonū Campanæ quæ pulsatur & pulsari debet de sero usq; ad pulsationē campanæ diei. Et eodem modo duplicentur, si dicta maleficia committerentur in platea fori & in loco ubi dicitur piaza in palatio populi & in claustro ipsius palatii & in domibus Dñi Potestatis iudicis appellationum & cuiuslibet alterius officialis forensis, Platea fori intelligat' esse ab arcu ecclesiæ sancti Isaac usq; ad triuium sancti loānis in quo modo est apoteca hæredum Ioannis Baptistæ Ser Scipionis, & apoteca domini Sebastiani Sillani & apoteca hæredum Ioannis Ieoncilli, & domus Iacobi Ieoncilli, & duplicētur pœnæ a dicto triuio usq; ad schalas palatii dominoꝝ Priorum inclusiue. Item duplicentur pœnæ in strata ante macellū uetus inter domos hæredū dñi sensii uari & dñi Marci de crassis usq; ad uiam quæ uadit uersus pergulatum. Item a platea fori usq; ad arcem per stratā quæ uadit uersus palatium dñoꝝ Priorū & uersus plateā ecclesiæ sancti Simonis, & in platea sanctæ Mariæ maioris de Spoleto usq; ad schalas palatii & ad portellā, & in triuio seu uia qua itur ad pusterulam usq; ad portam sancti Gregorii de Spoleto, & in die sabbati in die festi sanctæ Mariæ de mense Augusti, & martii & die præcedenti & sequenti dicta facta in diebus festiuitatis natiuitatis dñi nostri Iesu Christi paschalis resurrectionis eiusdem ueneris sancti in qua fuit Crucifixus dñs noster IESVS CHRISTVS, & etiam in quacunq; ecclesia ciuitatis & comitatus Spoleti, & tempore quo durabunt nundinæ in ciuitate Spoleti tam de mense Augusti q̄ aliis temporibus & in diebus festiuitatum sancti Pontiani & sancti Petri martyris. Et quicūq; cōmiserit aliquod maleficium de nocte in aliquo dictorum locorum puniatur & condemnet' in duplum eius q̄ cōdemnari deberet si ipsum commisisset de die uel alio loco. Et etiā puniat' pœna dupli quicunq; offenderet aliquem quando starent congregati pro aliqua zita uel sponsa uel pro aliquo mortuo in quacunq; parte ciuitatis & comitatus Spoleti, & etiam in eundo & redeundo ad Zitam uel sponsam, & a Zita uel sponsa & ad mortuum & a mortuo & quindecim diebus ultimis officii domini Potestatis, hoc tamē intellecto semper q̄ ubicūq; aliquod statutum dicti cōmunis loquitur de aliqua pœna pro aliquo maleficio imponenda duplicanda triplicanda quatruplicanda intelligatur q̄ semel tantum possit duplicari triplicari uel quatruplicari, & non pluries uel ex pluribus causis dūmodo hoc locum non habeat in illis casibus uel eorum aliquo in quibus uel quo uigore uel fictione alicuius capituli statutorū pœna dupli tripli uel quatrupli habetur loco simpli. Quæ duplicatio pœnæ delinquentium non habeat locum in illis qui cōmitterent maleficium & haberēt in dictis locis domum propriam uel cōductam, quam tempore cōmissi maleficii habitarent uel in dictis locis haberent propeper unam perticam apotecam.

De pœna blasphemantis deum & sanctos & similia. Cap. XIX.

QVONIAM est grauius æternam q̄ temporalem ledere maiestatem, ideo hac præsenti lege specialiter est prouisum, q̄ blasphemans uel maledicens Deum uel beatam Virginem Mariam cum in tantum scelus prosilire nequiuerit in centum libras denariorum, Si uero aliquem alium sanctum uel sanctam blasphemauerit in .xxy. lib. denarioꝝ. uice qualibet condemnetur, & si prædictus blasphemans uel maledicens Deum, uel Beatam Mariam uirginem dictas centum libras non soluerit infra decem dies a die latæ sententiæ numerandos tribus diebus sabbati in berleria sedere debeat a mane usq; in sero. Et nihilominus publice fustigetur per Ciuitatem Spoleti, & Burgos eius. ipsis tribus diebus sabbati,

cum cauda asinina quam deferat in ore suo. Alius uero blasphemãs alios sanctos uel sanctas dei uel ipsorum & ipsarum aliquem uel aliquam si dictam pœnã uigintiquinq; lib. deñ. non soluerit in termino supradicto una die sabbati in berleria sedeat a mane usq; ad serum & fustigetur ipsa die per ipsam ciuitatem & burgos, & prædictos blasphemantes & quẽlibet ipsorum possit quilibet accusare & denuntiare & teneatur nomen accusatoris in secreto si uoluerit & medietatem accusator uel denuntiator habeat dicti banni, & sibi credatur cum uno teste de auditu, uel quatuor de fama ꝓbantibus contra talem denuntiatum uel accusatum. Nullusq; præsumat dicere per sconfictũ uel scorticatum deum uel Christum, & his similia pœna decem lib deñ. pro qualibet uice seu per corpus uel sanguinem siue budella siue aliquod membrum dei uel matris eius ad pœnam uiginti sol. deñ: pro qualibet uice, & has pœnas & quamlibet ipsarum dñs Potestas, & iudex maleficiorum de facto exigere absq; aliquo processu uel sententia possit sine diminutione aliqua occasione pacis cõfessionis siue solutionis quæ fieret in termino & cuilibet sit licitum accusare & dimidiam partem banni habeat accusator. Et nihilominus dñs Potestas uinculo iuramenti & pœna. xxy. lib. deñ quolibet mense teneatur inquirere contra prædictos blasphemantes uel iurantes, & bannum facere publice per ciuitatem Spoleti q; nullus blasphemet uel iuret ad pœnam superius declaratã, & cõmissio & relatio huius bannimenti redigatur in actis.

De pœna negantis officium parentelam mortem uel aliam rem de quibus infra fit mentio. Cap̃. XX.

NEGANS in quacunq; causa questione uel lite aliquem fusse uel esse alicuius patrem, uel matrem, auum, auiam, filium filiam, nepotem, neptem, seu eidem superiori uel inferiori gradu per lineam ascendentem siue descendẽtem coniunctum siue fratrem sororem, uel in alio ulteriori gradu ex linea transuersali ex quocunq; parente usq; in tertium eidem inclusiue coniunctum, siue uirum & uxorem siue rectorẽ & officiales ciuitatis Spoleti siue notarium de ciuitate uel comitatu Spoleti siue capitaneum alicuius artis ciuitatis prædictæ siue publicũ bayulum uel præconem cõmunis Spoleti siue episcopum Priorem uel abbatem uel rectorem alicuius ecclesiæ ciuitatis & comitatus Spoleti, siue aliquẽ esse mortuum uel uenire. Si de prædictis constiterit uel aliquo prædictorum saltem per publicam uocẽ & famam in. xxv. lib. deñ. uice qualibet cõdẽnetur cuius banni dimidiam habeat ille contra quẽ facta fuerit negatio supradicta nisi ea die uel sequenti reuocet in eodem iudicio quod negauit, cõfitendo iam expresse negatum, & prædicta omnia locum habeant siue ad interrogationẽ iudicis, Siue ad respondendum positioni, siue excipiendo quoquomodo sic fuisse uel esse directe uel indirecte neget aliquid de prædictis.

De pœna non probantis quam porrexerit accusam. Cap̃. XXI.

ACCVSANS uel denuntians aliquem, uel aliquos de aliquo homicidio, robbaria, falsitate, uel de aliquo maleficio cuius occasione pœna personalis, uel abscissio membri pure uel sub conditione imponitur per formam statutoꝝ. Si ipsam accusam non probauerit cõfessione rei uel reorum contumacia qua secundum formam statutorum dicti reus uel rei habeantur pro conuictis, uel aliis legitimis probationibus uel saltẽ inditiis & fama per quæ esset declaratum tales reos uel reum debere & posse poni ad torturam, pro quolibet ipsorum accusatorum uel denuntiatorum, & uice qualibet in uiginti quinq; libris denariorꝝ condemnetur Et nihilominus retineatur in carceribus communis tot diebus quot detenti extiterint unus uel plures denuntiati, uel accusati, & qui a dictis denuntiis, uel accusis uenirẽt absoluendi. Si uero de maleficiis uel de maleficio, de quibus, & de quo imponeret pœna. cc. lib. deñ. & abinde supra in decẽ libras denariorꝝ uice qualibet cõdẽnet & pro quolibet accusato uel denuntiato si modo prædicto non ꝓbauerit. & si accusauerit uel denuntiauerit de maleficio, de quo pœna ueniret imponẽda a quinquaginta libris supra usq; ad ducentas, pro accusato quolibet uel de

nuntiatio si nō probauerit dicto modo in quatraginta solidos uice qualibet cōdemnet. Nulla auté accusatio uel denuntia recipiatur ab aliquo nisi inscriptis appareat nomen talis accusatoris uel denuntiatoris in tali ꝓcessu & idonee satisdederit & promiserit accusam uel denuntiationē per eum exhibitam secundum formā huius statuti, probare, & ad pœnam in ipso contentā &, si aſr fieret accusatio & denuntiatio nō ualeat ipso iure. Et in quolibet casuum prædictorū, & in absolutione quæ fieret de ipsis accusatis uel denuntiatis fiat cōdēnatio dictoꝝ accusantium uel denuntiantiū in quantitatibus supradictis, & nullus officialis forensis uel eius familiaris possit aliquē accusare uel denūtiare, nisi de armis Ludis damnisdatis & aliis sibi in hoc uolumine statutorum permissis, & si contra fieret nō ualeat processus. Et prædicta omnia & singula non intelligantur in his qui denuntiare habeant maleficia & damna data occasione officii eorundem.

De pœna nobilis offendentis aliquem popularem in persona uel rebus. Cap̄. XXII.

NOBILES & magnates non audeant nec præsumant aliquem populare cīuitatis comitatus uel districtus Spoleti offendere in persona uel rebus, & qui contrariū fecerit offendens uel offendi faciens talem populare in triplum eius quantitatis quam soluere deberet per formā statuti cōmunis Spoleti popularis offendens popularem, & simile maleficiū committens teneatur soluere, & in dicto tripli quod loco simpli, & pro simplo tantū habeatur pro dicto maleficio uel maleficiis in personam popularis commisso uel commissis uice qualibet condemnetur, & ne in posterum qui sint & habeantur pro magnatibus & nobilibus dubitetur & in dubium reuocetur. Nobiles & magnates sint & esse intelligantur omnes milites comites barones, capitanei filii & nepotes eorundem, & cuiuslibet ipsorum & alii ab eisdem & ipsoꝝ quolibet descendentes tantum per lineam masculinam legitimi uel inlegitimi, & ad probatiōnē ꝙ aliquis sit nobilis uel magnas filius seu nepos alicuius nobilis uel magnatis seu ex ipsis per rectam lineā masculinā descendens sufficiat ꝓbatio quatuor testiū de publica fama quæ ꝓbatio sit & hēat in p̄dictis sufficiēs & legitima, ac si ꝓbatū iuridicis uel legitimis modis esset.

De quarto pluri soluendo per condemnatum si infra decem dies non soluerit. Cap̄. XXIII.

CONDEMNATVS quicunq; si cōdēnationē pecuniariā de se factam nō soluerit infra decem dies post dictam cōdēnationē immediate sequentes ipsa die datæ condēnationis minime cōputata cogatur ad soluēdum quartum plus condemnat onis præfatæ tam ipse ꝙ fide iussor eiusdem non obstante, ꝙ in ipsa condemnatione de dicto quarto pluri nulla fuerit facta mentio, & hoc quartū plus condemnationis præfatæ tantum cōmunis cedat ad utile, & de ipso quartopluri nihil percipiat denuntians uel accusans, dummodo prædicta locum nō habeant in sententiis condemnatoriis, in quibus continetur, ꝙ si ipsi condemnati non soluerint, fiat contra eos executio personalis, quo casu non currat dictum quartum, etsi a dicta condemnatione appellaretur & ipsam contingeret confirmari tacite uel expresse in causa appellationis, nihilominus dictum quartum plus soluere teneatur Quod si pro parte esset confirmata, & quo ad partem, quæ remaneret confirmata dicti decem dies computentur a die confirmationis prædictæ, & nulla condemnatio cassetur, uel cancelletur nisi recepto dicto quarto pluri una cum quantitate in dicta condemnatione contenta post elapsum dictorum decem dierum terminum supradictum.

De pœna commitentis homicidium. Cap̄. XXIIII.

HORRENDAE & inhumanitatis detestandæq; seuitiæ eoꝝ qui mortē sitiunt aliorum furorem & noxium appetitū compescere affectantes, statuerunt & ordinauerunt domini statutarii prædicti, ꝙ quicunq; de ciuitate comitatu & districtu Spoleti uel aliunde interfecerit aliquem, uel aliquā si fuerit masculus capite puniatur, Si mulier comburat, ita ꝙ in casu quolibet eorum

libet eorum quilibet moriatur, & prædicta uendicent sibi locum si malefactor huiusmodi fuerit in sortia cõmunis. Si autem in fortia cõmunis non fuerit procedatur contra eum ad condemnationem personalem uidelicet q̃ si quo tempore peruenerit in fortia cõmunis si fuerit masculus caput a spatulis ei amputetur, & si mulier in igne comburatur, ita q̃ penitus moriat & nihilominus omnia bona talis malefactoris confiscentur & confiscata ueniant in cõmuni prædicto authoritate præsentis capituli statuti, reseruata legitima bonorum suorum filiis, & nepotibus masculis siue fœminis descendentibus uni uel pluribus si ipsum uel ipsos habuerit malefactor prædictus. Si quis uero cõmiserit homicidium non ex proposito uel uolũtarie nec fuerit inlata culpa in trecentis libris denariorũ cõdemnetur, & in maiori quãtitate arbitrio domini potestatis, considerata qualitate, & casu homicidii commissi & si dictum bannum soluere non potuerit detineatur in carceribus eo tempore quo placuerit ipsi dño potestati seu iudici maleficiorum, dummodo talis detentio sit ad minus duorum annorum & non minus. Et si minor sexdecim annis homicidium commiserit usq; in ætatem decem annorũ ut in proximo præcedenti casu exprimitur condemnetur, a decem uero annis infra ad pœnam aliquam nullatenus teneatur.

De pœna committentis homicidium uel aliquod maleficium extra comitatum Spoleti in personam alicuius. Cap̃. XXV.

COMMITTENS homicidium uel aliquod aliud maleficium in personã alicuius Spoletani extra comitatum & districtum dictæ ciuitatis Spoleti puniatur in omnibus & per omnia ac si homicidium & aliud maleficium fuisset cõmissum in ciuitate uel comitatu prædictis præuentione aliqua non obstante.

Quod occisor non succedat occiso. Cap̃. XXVI.

OCCIDENS uel occidi faciens aliquem non possit nec debeat ad talis occisi successionem ex testamento uel ab intestato uenire nec de ipsius hereditate unq̃ aliquid possit percipere uel habere, sed ab ipsa successione, & quibuscunq; relictis uel legatis factis per occisum, omniq; ipsius commodo perpetuo sit excluſus.

Quod decapitato occisore hæredes occisi pacem faciant cum hæredibus occisoris. Cap̃. XXVII.

FACTA executione personæ occisoris per cõmune Spoleti, uel officiales ipsius teneatur & debeat dñs potestas uinculo iuramenti & pœna centũ lib. deñ oẽs & singulos utriusq; partis inter quos cõmuni opinione hominum ciuitatis uel comitatus Spoleti essent inimicitiæ causa dicti homicidii commissi uel esse possent in futurũ compellere oĩbus remediis oportunis realiter & personaliter prout eis uidebitur conuenire ad paciscendum adinuicem cum capitulis omnibus tempore pacis expedientibus conuenientibus & quomodolibet oportunis.

De pœna facientis tumultum tractatum uel coniurationem contra statum pacificum cõmunis Spoleti. Cap̃. XXVIII.

SI quis suadente diabolo in hoc scelus incurrerit, q̃ quietem publicã & statum pacificũ & popularem ciuitatis Spoleti, & ipsius status subuersionẽ fecerit tractatũ, cõiurationẽ conspirationẽ ligam rumorẽ aut gentiũ cõgregationẽ publice uel occulte, aut palatiũ Dñi Potestatis dñorũ Priorũ uel aliud fortellitiũ ciuitatis uel comitatus Spoleti, inuaserit uel occupauerit animo & proposito turbandi & subuertendi statũ pacificũ ciuitatis & comitatus prædicti & præsentẽ statũ & iurisditionẽ, ac baliam populi eius consilii Dñorũ Priorũ populi antedicti bonis ipsius omnibus pnblicatis & applicatis ipsi cõi Spoleti furcis laqueo suspendatur & ipsius filii & descendentes nullum habere possint in posterum officium in cõmuni nec in ciuitate Spoleti eius burgi set subburgis habitare uel intrare.

De pœna facientis uindictam contra consanguineum sui offensoris. Cap. XXVIIII.

OFFENSVS ab aliquo post ipsam offensam non præsumat alterū ꝙ offensorem ad sui uindictam offendere. & qui contrafecerit in quatruplum eius pœnæ quæ alias regulariter de dicto maleficio per formam alicuius capituli statutorum imponeretur, cōdemnetur hoc idem intelligatur de omnibus coniunctis famulis & sequacibus dicti offensi, & de omnibus aliis qui dicta occasione alium ꝙ principalem offensorem offenderint uel offendi fecerint. Pro principali autem offensore habeatur ne dum qui suis manibus offendisset alium sed ille cuius mandato offensio facta erit, & quilibet alius qui offensorem ad offensam faciendā associauerit, & eidem offendenti præbuit auxilium consilium & fauorem. & ipso principali offensore mortuo eius filius masculus siue masculi superstes siue superstites remanentes.

Quod faciens fieri aliquod maleficium uel præstans auxilium consilium & fauorē ad ipsum cōmittendū puniatur ea pœna qua principalis. Cap. XXX.

QVI cunq; fecerit uel fieri fecerit aliquod maleficium uel ad aliquod maleficium committendum præstiterit auxilium consilium fauorem uel patrocinium puniatur in omnibus & per omnia tanta & tali pœna qua puniretur & puniendus ueniret tale maleficium committens, & si plures auxilium uel fauorem præstiterint quilibet puniatur dicto modo, nō tñ possit nisi una pœna eadē persona cōmittens & cōmitti faciens condemnari. Et si præstās auxilium haberet pacem cum offenso ultra dictam pœnam puniatur pacis ruptæ pœna.

De pœna nominantis aliquam partem uel sectam. Cap. XXXI.

NOMINANTES aliquam partem seu sectam uel se immiscens alicui parti seu sectæ directe uel indirecte in decem libras denariorum uice qualibet condēnetur quas Dñs Potestas exigat de facto sine strepitu & figura iudicii.

Quod Dñs Teneatur pro maleficio cōmisso ab eius famulo. Cap. XXXII.

FAMVLVS alicuius nobilis, uel magnatis, dicto uel facto si cōmiserit aliquod maleficium, & se non præsentauerit coram dno potestate, & sua curia suis pariturus mandatis, teneatur dñs talis famuli, & cogatur pro ipso maleficio ad soluendum pœnam, ad quam tenetur famulus eius prædictus, sine aliquo processu, uel condemnatione contra dominū dicti famuli facienda. & si pœna fuerit personalis, cogatur talis dñs soluere in cōmune quingentas libras deñ sine aliqua diminutione, & ad probandū de familiaritate & famulatu sufficiat probatio publicæ famæ per qnq; testes qui super hoc recipiantur summarie & de plano & ipsa probatio habeatur pro plena sufficienti & legitima probatione.

De pœna facientis insultum contra aliquem cum armis uel sine. Cap. XXXIII.

INSVLTVM faciens contra aliquem ad domum propriam uel cōductam habitationis insultati, uel ad possessionem suam, uel prope loca prædicta, per unam perticam, si cum armis in quinquaginta libris denariorum, si sine in. xxy. libris denariorum uice qualibet condēnetur. Si uero alibi cum armis in. xiii. libris cū dimidia, & si sine armis in sex libris denariorū uice qualibet condemnetur. Et si dictus insultus fiat contra aliquos in simul stantes, pro uno insultu ac si esset factus uni habeatur. Insuper si in ipso insultu maius maleficium concurrerit cum insultu de maiori maleficio puniantur, & insultus in ipso maiori maleficio cōfundatur.

De pœna

De pœna ducentis forenſem aliquem ſeu exbannitum cõmunis Spoleti ad aliquod maleficium committendum. Cap̃. xxxiiii.

DVCENS forenſem aliquem ſeu exbannitum cõis Spoleti pro maleficio cõdẽnatũ ad aliquod maleficiũ cõmittendũ, uel maleficium aliquod cõmitti faciens peraliquẽ ex prædictis, ſi forenſem duxerit, uel ipſum maleficiũ cõmitti fecerit, ea pœna qua puniendus ueniret ipſe forenſis, puniat. Et ſi exbannitũ & cõdẽnatũ duxerit, uel per ipſum fecerit cõmitti aliquod maleficiũ ultra pœnã in ſtatuto cõtentã remaneat ipſe ducens, uel cõmitti faciẽs maleficiũ codẽnatus & exbannitus cõis p̃dicti ꝓut erat ipſe exbannitus & cõdẽnatus cõis p̃dicti.

De pœna ciuis offendentis forenſem uel forenſis forenſem. Cap̃. xxxv.

CIVIS uel comitatenſis ciuitatis & comitatus Spoleti offendens aliquẽ forenſem ſoluat dimidiam partẽ cõdẽnationis pecuniariæ, quã ſolueret ſi ciuem uel comitatenſem offendiſſet. Et ſi occiderit forenſem in quingẽtis libris deñ. cõdẽnet quas ſi nõ ſoluerit infra terminũ aſſignatũ eidẽ caput a ſpatulis amputet, & in quolibet caſuũ p̃ictoꝝ plus uel minus ſcdm qd̃ appareret in ſtatutis loci, uñ eſſet talis forẽſis offenſus, ac ſi ipſe Spoletanũ offendiſſet, ſi de ipſis ſtatutis poteſtati uel iudici maleficioꝝ añ ſnĩam per aliquã partiũ fuerit facta fides, uel infra terminũ cõpetentẽ, ad prædicta arbitrio Dñi poteſtatis uel iudicis maleficioꝝ aſſignatũ. Forenſis uero occidens aliquẽ Spoletanũ bonis ipſius oĩbus publicatis & applicatis cõi Vltimo ſupplicio iudicãtis arbitrio puniatur. de aliis uero offenſionibus puniat in quatruplo eius pœnæ qua de hmõi offenſa puniret Spoletanus offendens aliquẽ Spoletanum. Et ſi forenſis forenſem offenderit puniatur in quolibet caſu ꝓut ciuis puniret ſi ciuem offendiſſet. Et p̃dicta nõ uendicent ſibi locũ in forenſibus qui in ciuitate uel comitatu Spoleti ſteterunt uel habitauerunt per bienniũ qui quo ad offenſas quas recipiſſent habeant & ſint ciues, & q̃ diſtrictuales ſubditi & cõfœderati, & exiſtentes ſub gubernio gubernatoris Spoleti ſimiliter nõ habeãt pro forenſibus.

De pœna facientis uel expendentis falſam monetã. Cap̃. xxxvi.

FACIENS uel fieri faciens falſam monetã in ciuitate comitatu & diſtrictu Spoleti igne cõburat, ita q̃ penitus moriat, & deſtruat domus ubi dicta moneta fabricata fuerit, & bona talis ſi fuerit contumax publicentur & cõfiſcata ſint cõi Spoleti. Si quis uero totonderit raſerit uel minuerit aliquã monetã, nel ipſam monetã falſam ſciẽter expẽderit in centum libris deñ. uice qualibet cõdẽnet, quas ſi ſoluere nõ potuerit uel noluerit infra terminũ ei in condẽnatione aſſignatũ manus ei dextera a bracchio amputet, & poteſtas in principio ſui regiminis faciat requiri cãpſores & mercatores dictæ ciuitats & per ipſos præſtito iuramẽto perquiret ab eis ſi ſciunt aliquẽ monetã falſam facientẽ uel ipſam tondẽtẽ, radentẽ, minuentẽ uel ſcienter expendentẽ, & cõtra quos inuenerit ſuſpectos dicto ipſorũ ꝓcedat, & inquirat ſecundũ formã ſtatutorũ, & ipſis mercatoribus & campſoribus mãdet & præcipiat, q̃ perforent ipſam monetam falſam quæ ad ipſoꝝ uel alicuius eoꝝ manus peruenerit, ita q̃ ab omnibus cognoſcatur.

De pœna facientis falſum inſtrumentũ uel teſtimoniũ. Cap̃. xxxvii.

FALSVM inſtrumentũ faciens uel teſtimoniũ falſum ꝓferẽs in trecentis libris deñ. uice qualibet cõdẽnet quã pœnã ſi nõ ſoluerit infra terminũ ei datũ manus dextera ſibi a bracchio amputet & cũ mitra in capite per ciuitatẽ Spoleti fuſtiget & perpetuo ſit infamis & oĩ officio notariæ priuatus, & ſi in fortiã cõis nõ uenerit nihilominus in dictis pœnis cõdemnet & eadẽ pœna puniat qui falſum inſtrumẽtũ ſcienter ꝓduxerit uel qui falſum teſtimoniũ uel inſtrumẽtũ fieri fecerit uel qui induxerit in aliqua cauſa cõtrouerſia uel queſtione falſos teſtes & falſum teſtem, & dicto uel dictis ipſoꝝ poſt aperturã ipſoꝝ teſtiũ uti uoluerit & ipſam queſtionẽ & litẽ amittat & perdat, & teneatur dñs Poteſtas uiuculo iuramẽti facere iurari capitaneos iudicum notarioꝝ, & ab eis perquirat ſi ſciunt aliquod inſtrumẽtũ falſum uel ſuſpectũ

uel aliquem notarium falſum uel de falſitate ſuſpectũ, & ſi inuenerit per dicta ipſoꝝ uel maioris partis ipſorũ ſaltẽ per famã aliquẽ eſſe ſuſpectũ uel falſum procedat cõtra ipſum & cogat eũ ad cõfitendũ & ꝓbatio dictoꝝ capitaneoꝝ uel maioris partis ipſoꝝ in hoc caſu pro legitimis inditiis & fama habeat᷑ quæ ſufficiat ad torturam abſqꝫ aliqua alia examinatione.

De legitima cõſeruanda filiis in cõfiſcatione bonorũ, & ꝙ omnia bona cõdẽnati ſint obligata cõi ꝓ quantitate in cõdemnatione deducta. Cap. XXXVIII.

IN CONFISCATIONE publicatione & applicatione bonoꝝ occaſione cuiuſcunqꝫ maleficii facienda ſecũdũ formã ſtatutoꝝ cõis Spoleti ſemper intelligat᷑ excepta & reſerua ta filiis & aliis deſcendentibus legitima eis debita iure naturæ, & ſiue de ipſa legitima in cõdẽnatione fiat mentio ſiue nõ ipſa legitima dictis deſcendentibus reſeruet᷑, & ipſam ius habeant petẽdi & exigẽdi, ac ſi eſſet mortuus ille cuius bona extiterint publicata inſuper bona quorũlibet cõdemnatoꝝ ſint & eſſe intelligant᷑ a die maleficii cõmiſſi de quo fuerint aliqui uel aliquis condemnati uel cõdemnatus ypotecata & obligata cõmuni uſqꝫ in quantitatem in ipſis condemnationibus concurrentem.

De pœna cõmittentis furtũ uel robbariã in publicũ uel occultũ Cap. XXXIX.

FVRTVM ſi quis cõmiſerit de quinqꝫ ſolidis uel abinde infra uel de re ualente quinqꝫ ſolidos uel infra in .x. lib. deñ uice qualibet cõdemnet᷑. Si aũt furtũ cõmiſerit de uiginti ſol. deñ uel infra uſqꝫ in quinqꝫ ſolidos uel de re ualente dictam quantitatẽ in .xxy. lib deñ puniat᷑ Si uero cõmiſerit furtũ de xl. ſolidis deñ uel de re ualente quadraginta ſolidos deñ uſqꝫ in uiginti ſolidos deñ in libris quinquaginta deñ uice qualibet cõdemnetur. Si aũt fuerit furat᷑ .x. lib. deñ, & abinde infra uſqꝫ in .xl. ſolidos deñ uel rem ualentẽ decem libras uel abinde infra uſqꝫ in .xl. ſolidos denarioꝝ uice qualibet cõdemnetur in centũ libris deñ, a decem libris uero ſupra uſqꝫ ad quinquaginta inducentis libris, a qnquaginta uero libris uſqꝫ in centum in libris ccc. a centum uero libris ſupra ultra dictam pœnam puniatur ſecũdũ formam iuris cõis, dum tamen pro uno furto nõ poſſit quis cõdemnari ad mortem uel ad membri abſciſſionem. Et ſi in aliquo caſu prædictoꝝ non ſoluerit dictam cõdẽnationẽ quæ fieret de ipſo fuſtiget᷑, uel aliter caſtigetur arbitrio dñi Poteſtatis, & in oĩbus caſibus ſupradictis damnũ duplicatũ emẽdet patienti. Derobbans autem aliquẽ aliquibus in perſona uel rebus in ſtrata publica uel alibi ubicunqꝫ ſecundum ꝙ ſupradictũ eſt de ualore rerum furatarũ & quantitatibus furatis ita in ſuis caſibus condemnetur induplũ. Poſſint autem publici fures & latrones ſi de ipſis conſtiterit ultra duo furta uel duas robbarias cõmiſſas ultimo puniri ſupplicio, ita ꝙ omnibus tranſeat in exemplum, & nõ poſſit aliquis ſuſpendi in alio loco q̃ in furcis muratis ſupra eccleſiam ſanctorum apoſtolorum uerſus Ticinum & uiam.

De pœna percutientis aliquem cum armis. Cap. XL.

PERCVTIENS uel uulnerans aliquem ciuem uel comitatenſem Spoletanũ ſi ei abſciderit uel amputauerit membrum ſeu naſum uel oculũ extraxerit uel alio modo cæcauerit in libris quatrigentis denarioꝝ puniatur pro quolibet tali membro, & ſi ambas manus uel ambos pedos amputauerit ſiue abſciderit uel ambos oculos ei extraxerit in mille libris denariorũ puniatur. & ſi auriculam uel aliquem digitum manus ei amputauerit, puniatur pœna infraſcripta, uidelicet pro pollice ſeu digito groſſo abſciſſo uel amputato inducentis libris denariorũ puniatur, & pro quolibet alio digito in centum quinquaginta libris denariorum, & pro qualibet auricula abſciſſa uel amputata in libris ducentis denarioꝝ puniatur, & in quolibet dictorũ

caſuum

casuum dictæ pœnæ medietas sit iniuriati,& alia medietas sit cõmunis Spoleti quam si solue re non poterit infra decem dies a die factæ condemnationis & non scientiæ numerandos, ipsa die factæ condemnationis minime computata similem membrum seu membra simili a siue simi lis auricula siue nasus,siue similis digitus debeat uel debeât amputari extrahi uel cæcari,& sic in eodem in quo deliquit puniatur. Si uero aliquem digitum pedis ei abscideri uel amputaue rit ꝑ quolibet tali digito in libris septuaginta deñ puniatur,Si uero alio modo q̃ per amputa tionem siue detruncationem membri aliquid ei inutile fecerit in trecentis libris deñ pro quo/ libet membro sic inutili facto uel debilitato condemnetur.Si autem totaliter ipsum non debi litauerit siue inutile fecerit,sed in aliquo tantum in centum quinquaginta libris denariorum puniatur pro quolibet membro sic debilitato.Si uero aliquem digitũ eius manus aliter q̃ per amputationem,uel detruncationem prorsus inutilem fecerit pro quolibet tali digito in centũ libris denariorꝫ puniatur.Si uero nõ totaliter sed in aliquo tantum ipsum digitum debilitaue/ rit in sexaginta libris denariorꝫ pro quolibet tali digito totaliter debilitato puniatur. Si uero digitum pedis aliter q̃ per amputationem seu abscissionem inutilem fecerit uel debilitauerit totaliter uel non totaliter puniatur in dimidia dicta pœna,in qua puniretur secundum formã præmissam,si aliquem digitum manus totaliter debilitasset seu inutile fecisset. Et si aliquod membrum dissoluerit siue spallam ancam uel costam uel aliud his simile in libris centum de/ nariorum pro ipsorum quolibet puniatur,& si quis cum spata spontone trasferreo stocchetto lancea maza ferrea securi falcione cultello bidente uangha zappa,uel cum alio simili instru/ mento ferreo,siue cum lapide uel bastone ligneo uel alia simili re percusserit aliquem a spa/ tulis supra & propterea sanguis exierit in centum quinquaginta libris denariorꝫ uice qualibet condemnetur,& si sanguis non exierit in libris septuaginta quinq; denariorum puniatur,& si propter talem percussionẽ factã sine sanguine in terrã pcussus ceciderit eo casu in centũ libris denariorꝫ talis percutiens puniatur.Si uero ex percussione facta in capite cum aliquo dictorũ armorꝫ siue instrumentorum uel eis similium coccia capitis fracta fuerit siue fissa,seu si ex per/ cussione facta in facie cum aliquo eorum manifestum signum seu cicatrix in dicta facie sit per petuo remansura puniatur dictus malefactor in quolibet dictorum duorum casuum pro quali bet tali percussione seu uulnere in trecentis libris denariorũ quam pœnã si infra decem dies a die latæ sententiæ computandos ipsa die latæ sententiæ minime computata idẽ malefactor non soluerit cum effectu ei manus cum qua talem percussionem fecit seu uulnus intulit ampu tetur,ita q̃ a bracchio separetur.Si uero in spatulis & abinde infra aliquẽ percusserit & ꝑpte/ rea sanguis exiuerit in libris centum denariorꝫ ꝑuniatur.Et si sanguis non exiuerit in libris quinquaginta condẽnetur,& si ꝑpter talẽ percussionẽ sine sanguine pcussus in terram cecide/ rit in libris septuaginta quinq; deñ pcutiẽs puniat. Si aũt cũ cippello cãna corrigia uirga uel alia re consimili aliquis aliquem percusserit a spatulis supra & propterea sanguis exiuerit in quinquaginta libris denariorꝫ puniatur,& si sanguis non exiuerit in uiginti quinq; libris deñ puniatur,& si in spatulis & ab inde infra & sanguis exiuerit in.xxy.lib.denariorꝫ condemnet, & si sanguis non exiuerit in dimidia dictæ pœuæ puniatur,& pro quibuscunq; percussionibus in uno membro nõ possit puniri ultra pœnam quæ resultaret si dictum membrum mutilasset, & eodem modo pro mutilatione siue debilitatione plurium digitorum eius manus uel pedis non possit pœna imponi ultra illam quæ ueniret imponenda si manus uel pes fuisset mutila/ tus uel mutilata debilitatus uel debilitata.

De pœna percutientis aliquem cum manu uel pede. Cap. XLI.

MANV uacua aliquem percutiens si a spatulis supra & sanguis exiuerit in quinquaginta libris denariorꝫ puniatur,& si sanguis non exiuerit in uiginti quinq; libris denariorum.Si uero in spatulis & ab inde infra & propterea sanguis exiuerit in uigintiquinq; libris denario/ rum puniatur,& si sanguis non exiuerit in decem libris denariorũ puniatur. Si uero cœperit aliquem per capillos,& non tamen eum in terram cadere fecerit puniatur in uiginti quinq; li/ bris denariorum,& si propter talẽ capturam talis captus caderet in terrã puniatur talis malefa

ctor pro tali captura in libris quadraginta, & si postꝙ ceciderit in terram eum per terram trahi
sinauerit talis malefactor pro dictis omnibus puniatur in libris quinquaginta denariorum. Si
quis autem manu plena contra aliquem iniurioſe adminauerit uel lapidem uel aliquid ſimile
proiecerit & eum non percuſſerit in decem libris denariorum condemnetur, ſed ſi manu uacua
quis contra aliquem adminauerit irato animo & eum non percuſſerit in centum ſolidos dena
riorum condemnetur. Item quicunꝙ ceperit aliquem per perſonam ſiue ſpinſerit, & ob dictã
capturam ſiue ſpinam non ceciderit puniatur pro ipſis & de ipſis omnibus in. x. libris dena
riorum. Si uero ob dictam capturam ſiue ſpinctam ceciderit puniatur pro ipſis & de ipſis om
bus in. xxv. libris denariorum, Si uero ex dicta captura uel caſura ſanguis exiuerit de capite
talis cadentis & coccia capitis fracta fuerit de ipſis & pro ipſis omnibus in centum libris dena
riorum puniatur, & ſi coccia non fuerit fracta & ſanguis non exiuerit a ſpatulis ſupra propter
dictam capturam de his & pro his omnibus in libris quinquaginta denariorum puniatur. Si
autem ex dicta caſura ſanguis de naſo uel alia parte corporis a ſpatulis infra exiuerit incluſi
ue in uiginiquinꝙ libris denariorum puniatur. Et ſiquis alicui dentem fregerit uel cadere fe
cerit in uiginti libris denariorum puniatur. Quicunꝙ autem calce percuſſerit uel pede aliquẽ
ſi ſanguis exiuerit uel non exiuerit & ceciderit in terram uel non ciderit & coccia capitis fue
rit fracta uel non fracta & ipſum cadentem poſtea extraſinauerit uel nõ extraſinauerit in quo
libet caſuum prædictorum in omnibus & per omnia ac ſi manu commiſiſſet puniatur.

De pœna offendentis aliquem in exercitu caualcata in conſilio uel arengha. Cap̃. XLII.

TEMPORE quo fit exercitus uel caualcata conſilium uel arengha nullus præſumat aliquem in dictis exercitu uel caualcata conſilio uel arengha uel aliquo ipſorum offendere, & ſi contrafecerit puniatur in duplo illius pœnæ pecuniariæ, quę alꝫ ex dicto maleficio ſecundum formam alicuius capituli ſtatutorum ei imponenda ueniret. Et nihilominus ſi domino Poteſtati & dominis Prioribus uel duabus partibus ex eis uidebitur conuenire poſſit in membri amputatione uel alia perſonali pœna puniri.

Qualiter quis poſſit ſe & alium defendere, & cuilibet liceat capere homicidam & inferentem aliquod uulnus ſanguinolentum, ac etiam ſe ulciſci inconti nenti & de pœna non ſuccurentis clamanti. Cap̃. XLIII.

CVILIBET liceat tam ſe, ꝙ ét aliũ defendere cõtra offendentẽ ſeu offendere uolentẽ, & ipſi reſiſtere ne offendat, & ſi tali occaſione talem offendentẽ uel offendere uolentem offenderit nulla pœna puniatur. Dum tamen talis defenſio uel reſiſtentia, quæ dicta occaſione fierent, fiant cum moderamine inculpatæ tutelæ, & poſſit quilibet in ciuitate uel comitatu Spoleti ſine pœna capere, & in fortiam cõmunis Spoleti ducere quemlibet, qui cõmiſiſſet aliquod homicidium, ſeu intuliſſet alicui aliquam percuſſionem cum ſanguinis effuſione in ciuitate & comitatu Spoleti, & ſi dicta occaſione talis capiens, aliquam percuſſionem inferret cõtra dictum homicidam uel malefactorem nullam pœnam patiatur, dummodo ex tali percuſſione mors membri mutilatio, uel debilitatio nõ ſequatur, & ꝙ quilibet offenſus poſſit ſine pœna ſe in ipſo inſtanti non diuertendo ad alios extraneos actus ulciſci: ſiue uindicare non excedendo modum uindictæ, quem ſi exceſſerit puniatur de eo tantum quod ultra commiſerit Quilibet etiam teneatur, ꝙ celerius poteſt ſuccurrere ad clamantem, ſeu poſtulantem ſuccurſum, & ne ipſe offendatur totis uiribus adiuuare, contrafaciens uero niſi iuſta de cauſa fuerit impeditus in. xxy. libris denariorum condemnetur, quarum dimidiam habeat accuſator, &

cuilibet

cuilibet sit licitum accusare, & credatur sibi cum sacramento de nouo prestando cum dicto unius testis fidedigni.

De pœna offendentis potestatem iudicem appellationum & alios officiales & eorum familiares Ciuitatis Spoleti & de pœna officialium offendentium ciues uel comitatenses. Cap XLIIII.

OFFENDENS Dominum Potestatem iudices, milites, Notarios, domicellos, & familiares ipsius uel aliquem ipsorum, & potestas iudices milites & alii officiales & familiares ipsorum, uel aliquis eorum offendentes aliquem ciuem uel comitatensem ciuitatis Spoleti in duplo eius pœnæ, quæ alias ueniret imponenda si ciuis ciuem offendisset uice qualibet cõdemnetur: & de his omnibus & singulis cognoscat condemnet & puniat Dominus Iudex appellationum, cui authoritate præsentis statuti in prædictis & circa prædicta censeatur & sit attributa iurisditio, & potestas: & si dictus dñs Iudex appellationum, Dominus assessor Dominorum Priorum, cancellarius eorum, notarius & familiares dominorum Priorum, uel aliquis ipsorum offenderit aliquem ciuem uel comitatensem Spoletanum uel aliquis ciuis, uel comitatensis Spoletanus offenderit aliquem ipsorum condemnetur in dicta pœna dupli. ut in alio casu superius est expressum: & de prædictis cognoscat condemnet & puniat dominus Potestas uel suus Iudex malefciorum, & si inter prædictos officiales & familiares domini Potestatis, & iudicis appellationum uel inter ipsos dominum Potestatem, & iudicem interuenerit aliqua offensa cognoscat, & puniat de prædictis qui adhæc fuerit deputatus per dominos Priores populi, uel sindicatores tempore sindicatus talium officialium & familiarium qui ipsas offensas commisissent, & semper de omnibus & singulis offensis quæ fierent & committerentur inter ipsos officiales & familiares uel eorum aliquos dicta pœna dupli imponat & habeatur in quolibet casu pro expressa, sit tamen licitum cuilibet officiali & familiari ipsorum capere malefactores, & alios spectantes ad ipsorum officiũ, & si resisteretur eis uiolenter ipsos percutere & offendere, dummodo ex his mors uel sanguinis effusio non sequatur.

De pœna offendentis potestatem uel officiales alicuius castri. Cap. XLV.

POTESTATES castrorum & notarios & familiares ipsorum & ipsorum quemlibet, quicunq; de castris & locis ubi aliquis ipsorum erit potestas notarius uel familiaris offenderit puniatur pœna dupli eius qua puniretur si ciuem uel alium Spoletanum offendisset, & si ex dicta offensa acciderit q; percussus moreretur, talis offendens, & occidens ultimo supplicio puniatur, & omnia sua bona confiscentur, & in heredes occisi ueniant confiscata, & prædicta intelligantur de potestatibus & notariis eligendis per commune Spoleti in prædictis castris uel Vicariis potestatum ipsorum secundum formam statuti legitime constitutis & familiaribus talium & non in aliis.

De pœna cognoscentis aliquam mulierem carnaliter. Cap. XLVI.

COGNOSCENS carnaliter aliquam mulierem nuptam uel inuptam uiduã uel monialem bonæ cõditionis uitæ & famæ per uim & uiolentiam in pœnã iuris cõmunis uice qualibet & qualibet talium mulierum condemnetur. Si uoluntarie cognouerit aliquam prædictarum in ducentis quinquaginta libris denũ uice qualibet condemnetur, & in centum libris denariorũ mulier quæ sic uoluntarie permiserit se cognosci, Saluo q; si in casibus prædictis mulierem uoluntarie uel per uim cognitam post maleficium cõmissum infra quindecim dies post processum initiatum contra talem malefactorẽ acceperit legitime in uxorem, in casu quo matrimonium inter eos legitime esse possit de uoluntate patris ipsius mulieris, si patrem habuerit, uel fratris carnalis, patre non superstite, uel alterius proximioris consanguinei masculini tantum ad aliquam pœnam ipse malefactor uel mulier nullatenus teneantur, & quia in prædictis casibus difficilis est probatio sufficiat ad probationem quorumlibet talium maleficio-

fama publica quinq; testium fidedignorū. & habeatur pro plena, & legitima probatione. De dictis autem maleficiis non possit per inquisitionem denuntiationem uel accusationem procedi, nisi accusatio fieret per ipsam mulierem uel consanguineum ipsius usq; in tertium gradū inclusiue, quorum quilibet de predictis maleficiis possit accusare, & sit legitimus accusator, & tertiam partem banni supradicti talis accusator percipiat.

De pœna committentis Peccatum contra naturam. Cap. XLVII.

QVONIAM omnium delictorum carnalium contra naturam flagitium pessimum reputatur & maiori pœna plectendum. nam quod scelerius committitur seuerius uindicatur. Ideo prouide hac lege & statuto disponitur & solenniter ordinatur, q̄ quicunq; maior sexdecim annis uitium Sodomiæ cōmiserit aliquem uel aliquam extraordinarie polluendo, ignis incendio comburatur, ita q̄ penitus moriatur. Si uero fuerit maior duodecim & minor sexdecim annis qui talem delictum commiserit nudus per ciuitatem & burgos fustigetur & in quinquaginta libris denariorum uice qualibet condemnetur. Et si aliquis prædictorum maior sexdecim annis super processu, qui fieret contra ipsum de dicto maleficio, fuerit contumax cōdemnetur in personali pœna prædicta & omnia sua bona deueniant in communi, & si talis culpatus de tali maleficio diceret se non subiectum iurisditioni potestatis uel communis Spoleti possit impune offendi in ære & persona, & talis offendens ad pœnam minime teneatur, & in ciuilibus & criminalibus minime audiatur. Probatio autem publice famæ sit sufficiens ad hoc ut malefactor prædictus possit subici questioni.

De pœna portantis arma. Cap. XLVIII.

ARMA aliqua uel aliquod genus armorum offendibilium nullus deferat uel portare præsumat in Ciuitate uel Burgis Ciuitatis Spoleti uel intus fortillitia uillarum & castrorū Spoleti. Et qui contrafecerit in decem libris denariorum puniatur, & potestas teneatur uinculo iuramenti & ad pœnam nigintiquinq; librarum quolibet die mittere militem seu sotium & unum ex notariis, per Ciuitatem & Burgos, pro portantibus dicta arma, & repertos culpabiles in pœnis prædictis puniat & condemnet. & de inuentione armorum seu alicuius generis armorum stetur, & credatur relationi unius uel duorū ex ipsis famulis uel familiaribus ipsius Dñi potestatis cum iuramento de nouo præstando in præsentia partis & iudicis ad bancum, si pars ad hæc citata interesse uoluerit, aliąs sufficiat relatio tantum iudici facta & talis probatio pro plena & legitima probatione habeatur contra quam nihil dici possit obiici uel opponi. Quicunq; autē aufugerit ante militem seu familiares Dñi potestatis, uocato ante per aliquē ipsarum uel in ipsa fuga q̄ non fugiat per nomen propriū, cognomen, uel agnomen. uel otu uestite de tali panno qui defers tales uestes noli fugere, uel qui inuestigari uel inquiri de armis non permiserit se a familiaribus dñi potestatis, habeatur pro confesso de omnibus armis, quæ communiter deferunt homines bene armati, & tanq̄ confessus de dictis armis possit, & ualeat condemnari, & de his casibus stetur & credatur relationi familiæ dicti dñi Potestatis ut superius dictum est. Saluo tamen q̄ in eundo & redeundo a ciuitate fortillitiis & castris, tunc in dictis ciuitate fortillitiis, & castris impune liceat arma portare.

De pœna rumpentis carcerem cōmunis. Cap XLVIIII.

RVMPENS seu frangens carcerem seu captiuitatem cōmunis Spoleti, siue ruptoribus uel fractoribus ipsius carceris dans seu præstans auxilium consilium uel fauorē puniat eadem pœna in quam ueniebat puniendus ipse captiuus & in duplo pluri Et si in fortiam cōmunis non uenerit, nel non erit condemnationis tempore omnia bona ipsius confiscentur & confiscata ueniant in communi si pœna erat ultimi supplicii. Et quicunq; dimiserit seu dimitti fecerit aliquem captiuum, qui esset in carcere communis pro maleficio siue maleficiis cōdemnetur in ea pœna quā soluere teneretur, talis captus & detentus, Et nihilominus ipse captiuus remaneat in ea pœna, qua erat obligatus, & si aliquis p debito aufugerit de dictis carceribus

custos

custos carceris illi ad cuius petitionem tenebatur omne ipsius interesse reficere teneatur, si cul pa custodis hoc euenerit. Si autem in casibus prædictis quis rumperet carcerem in quo detine/retur pro causa ciuili, tunc taliter rumpens aut frangens uel frangenti, & rumpenti auxilium præstans in pœnam ducentarum librarum & ad reficiendum interesse parti cõdemnet.

De pœna non soluentis collectas & non facientis alias factiones. Cap. L.

COLLECTAS impositas, & imponendas per commune ciuitatis Spoleti quilibet sol uat, & alias factiones reales & personales faciat, quas facere tenet, & debet ipsi cõmuni Spoleti, & qui contrafecerit non soluendo, uel non faciens ipsas factiones, uel aliquam ipsarũ in terminis ad ipsas soluendum, & faciendum deputatis, post lapsum ipsorum terminorum per potestatem, & alios officiales ciuitatis prædictæ in ciuilibus uel criminalibus nullatenus au diatur ydonee soluerit & satisfecerit, quæ occasione prædicta soluere & facere teneretur, & in/terim nullum habeat uel habere possit officium in communi uel beneficium, & quilibet hanc exceptionem possit opponere contra eum in iudicio & extra iudicium. Potestas uero uinculo iuramenti, quoscunq; sciuerit non soluentes collectas, uel non facientes alias factiones com/muni Spoleti, remediis cogat omnibus oportunis, ut soluant integre & ipsi communi faciãt, quod tenentur.

De pœna facienris aliquod opus prophanum diebus festis: Cap. LI.

DIES omnes Dominicos, Natiuitatem Domini Pascha Resurrectionis, Epiphaniam, festum omnium Sanctorum, Ascensionem Domini omnem festum, Beatæ Mariæ Vir/ginis, Euangelistarum & Apostolorum duodecim, festos diem Beati Michaelis Archangeli, Veneris sancti, & omnes dies Veneris de mense Martii, Festos diem Beatorum martyrum Gre gorii maioris, sancti Baractalis & sanctæ Abundantiæ, omnes debeant uenerari, & nullus au deat dictis diebus uel ipsorũ aliquo facere aliquod opus pphanũ in ciuitate uel comitatu Spo/leti, nec deferat nec deferri faciat aliquam salmam cum iumẽto, nec trahat trahem cum bobus uel cum alia bestia, uel cum hominibus, nec prestet bestiam. seu cõmodet ad prædicta, uel ali/quod prædictorum fieri faciat ad pœnam quadraginta solidorum denariorum, pro qualibet uice qua contrafecerit in prædictis, & quilibet possit denuntiare, & accusare, & habeat dimidiã partem banni denuntiator siue accusator, cui cum iuramento de nouo prestando stetur, & cre datur, & dictum ipsius habeatur pro plena probatione, Teneatur autem Dñs Potestas quoli/bet die Dominico & aliis diebus festis supradictis mittere familiam suã cum uno ex Notariis ad portas ciuitatis Spoleti ad discutiendum pro prædictis, & faciat iurare gabellarios portarum, qui denuntient contrafacientes. & eidem pœnæ subiaceant officiales forenses eorum fa/muli, & ipsorum quilibet, qui salmas aliquas deferri facerent diebus festis antedictis, & uin/culo iuramenti nemini ipsorum aliquis det licentiam contra prædicta aliqualiter ueniendi, Saluo q; prædicta non uendicent sibi locum in apportantibus, herbas paleas, olera, & poma cum bestiis & sine bestiis & in facientibus hærbas pro ipsis bestiis.

De pœna proicientis de domo uel Turri lapidem ignem ferrum uel quadrellum. Cap. LII.

PROICIENS uel proici faciens de domo uel Turri lapides, ignẽ ferrũ, quatrellum, uel quæcunq; arma tempore alicuius pugnæ uel rumoris inducentis libris denariorum uice qualibet cõdemnetur & si dicta domus uel Turris, de qua uel de quibus dicto tempore proice/rentur prædicta, uel aliquod prædictorum erit altitudinis Triginta pedum, uel abinde supra reducat ad uiginti pedes, & nõ ultra, & p̃dicta non habeant locũ quando de prædictis locis proicerentur p̃dicta cõtra tumultuantẽ, & turbantes statum pacificũ ciuitatis p̃dictæ. Si uero aliter cõtra aliquẽ, qs proiecerit de dictis locis, uel aliquo ipsorũ lapidẽ ignẽ, quatrellũ, ferrũ, uel q̃cũq; arma soluat p q̃libet uice. v. lib. deñ si ex dictis rebus p̃tectis aliqs nõ fuerit offensus

XXXIIII v

& si fuisset offensus duplum eius pœnæ, quam soluisset & soluere debuisset talis offensor, si maleficium commissum in alio loco existens cõmisisset soluere teneatur, & hoc duplum in loco simpli habeatur. Quicunq; uero fuerit insultatus ad domum suæ habitationis possit se defendere prohiciendo quicquid uoluent de ipsa domo talis insultati, & ipsius uicini possint eum iuuare sine pœna & banno.

De pœna reuelantis caualcatam uel credentiam cõis Spoleti iuratã. Cap. LIII.

CAVALCATAM faciendã per cõmune Spoleti faciens sciri uel reuellans uẽl prodi-tionem committens contra ipsum commune per gulam laqueo suspendatur, & ipsius bona applicentur & deueniant in cõmuni. Et simili pœnæ subiaceat quicunq; officialium forensium, uel ciuium ciuitatis prædictæ, uel ipsorum familiarium talia perpetraret. Si quis uero credentiam iuratam cõmuuis Spoleti patefecerit, uel reuelauerit in centum libris denariorum uice qualibet condemnetur, & in Palatio communis, uel populi depingatur in loco publico & manifesto, cum descriptione litterarum continentium nomen illius talis reuelantis, & quod reuelauerit credentiam communis, & similis pictura fiat de proditoribus communis, & reuelantibus caualcatam & talium quilibet non possit habere aliquod officium imposterum in cõmuni & perpetuo sit infamis.

De pœna balistantis uel proicientis lapidem super tectum uel fenestras ecclesiæ Sanctæ Mariæ & aliarum ecclesiarum. Cap. LIIII.

BALISTARE seu proicere pilas, uel lapides, uel aliás res in fenestras siue ad fenestras, siue intecta, ecclesiæ sanctæ Mariæ uel aliarum ecclesiarum seu domorum quorumcunq; nullus audeat uel presumat, & si contra fecerit in centum solidis denariorum uice qualibet condemnetur, & quilibet possit accusare & credatur sibi prestito iuramento cum uno teste de uisu, & habeat dimidiam partem banni.

De pœna receptantis exbannitos, & q; exbanniti possint impune offendi. Cap. LV.

BANNITVM uel condemnatum in pœnam ultimi supplicii cõmunis Spoleti, quicũq; receptauerit in centum libris denariorum uice qualibet cõdemnetur, & eisdem pœnis puniatur qui dederit eis auxilium consilium, & fauorem uel eorum aliquẽ assotiauerit, & de prædictis tales quilibet possit accusare, & teneatur nomen eius in secretum & sibi credatur cum dicto unius testis & habeat medietatem banni, banniti uero in pœnam ultimi supplicii possint impune offendi a quocunq; usq; ad mortem inclusiue.

De pœna stantium in locis rebellibus & uenientium in aliquam caualcatam contra commune Spoleti. & q; possint impune offendi. Cap. LVI.

STANTES in castris seu locis in quibus cõmune Spoleti habeat aliqnam iurisditionem rebellibus ipsi cõmuni Spoleti uel aliquo ipsorum locorum, & uenientes in exercitum uel caualcatam in territorio cõmunis Spoleti contra ipsum cõmune. Et taliũ qnilibet cõdemnet in ære & persona, uel in ære tantum inspecta negotii qualitate & conditione personarum arbitrio Dñi Potestatis, & quemlibet talium quilibet possit offendere & offendi facere realiter & personaliter usq; ad mortem & uembri amputationem inclusiue absq; pœna.

De pœna hominum Villarum non trahentium ad rumorem occasione exbanniti uel maleficii. Cap. LVII.

SI OCCASIONE alicuius exbanniti uel maleficii esset rumor in aliqua uilla, uel castro, Ciuitatis Spoleti, teneantur homines illius Villæ, uel castri trahere ad rumorem & procurare

& procurare bona fide absq; fraude pro posse q; talis exbannitus uel malefactor capiatur, & potestati assignetur, & qui fuerint negligentes homines castri prædicti, uel uillæ in faciẽdo prædicta uel æliquod prædictoꝝ, si tale castrum, uel uilla habuerit quinquaginta foculares, & ab inde supra in centum libris denariorum tale castrum uel uilla puniatur, & si habuerit á quinquaginta, usq; ad uiginti quinq; foculares puniatur tale castrũ uel uilla in quinquaginta libris denariorum, & si a uiginti quinq; focularibus infra in uiginti quinq; libris denariorum uice qualibet cõdemnetur. Et nihilominus quilibet homo ipsius castri uel uillæ, qui esset in dicto castro uel uilla, & non traheret ad rumorem in decem libris denariorum cõdemnetur. Teneantur autem prædicti & quilibet ipsorum sub dictis pœnis insequi malefactores, & exbannitos usq; ad castrum uel domum, in quo malefactor uel exbannitus intraret si esset comitatus Spoleti, & possint præcipere hominibus castri uel uillæ ubi dictus malefactor, & exbannitus esset, & receptaretur, seu intraret q; debeant ipsum eis tradere & assignare quod si non fecerint ad eandem pœnâ teneantur ad quam ipse malefactor teneretur pro maleficio quod commisserit, uel ipse exbannitus, si esset exbãnitus in pecunia, aliter in centum libris denariorum tale castrum uel uilla condemnetur. & quælibet singularis persona cui dictum præceptũ fieret in uiginti quinq; libris denariorum uice qualibet condemnetur. Quicunq; uero ceperit aliquem malefactorem uel exbannitum, & eo die, uel sequenti nõ duxerit in fortiam cõmunis Spoleti in ducentis libris denariorum uice qualibet condemnetur, & potestas ciuitatis Spoleti teneat infra quindecim dies in principio sui regiminis notificare & præcipere castris & uillis ciuitatis Spoleti, q; malefactores & exbannitos capiant, & superius omnia contenta obseruent, & q; præsentis capituli sumant copiam, ut ignorantiam de prædictis non ualeant allegare.

De fideiussoribus recipiendis ab accusato uel inquisito & de licentia eidem concedenda. Cap. LVIII.

AQ.VOLIBET accusato denuntiato uel inquisito dñs Potestas iudex maleficiorũ & quilibet alius officialis cõmunis Spoleti coram quo aliquis malefactor se excusaret, recipiat bonos & idoneos fideiussores de soluendo talem condemnationem quæ fieret de tali qui se excusaret occasione processus denuntiationis inquisitionis uel accusæ a qua se excusat & ex quo uoluerit dare fideiussores idoneos nõ possit in carceribus uel alio certo loco aliqualiter detineri uel eidem præcipi q; non discedat de certo loco uel moretur in ipso, nisi contra ipsum procederetur pro maleficio pro quo pure uel sub conditione pœna aliqua personalis imponenda ueniret quo casu detineri possit & debeat & non fideiussoribus relaxari donec apparebit ipsum a dicto maleficio de quo proceditur esse innocentem, insuper cum citatis ad iudicium aditus liber esse debeat comparendi, teneatur & debeat dominus potestas, uel iudex maleficiorum uel alius officialis corã quo deberet inquisitus denũtiatus uel accusatus aliquis comparere ad se excusandum uel testimonium aliquod perhibẽdum cuilibet tali inquisito denuntiato uel accusato & ad testimonium uocato dare licentiam ueniendi ad se excusandum, & testimonium perhibendum pro ea die qua fuerit citatus & redeundi pro una die postq; fuerit excusatus & testimonium tulerit & fuerit relaxatus, nõ obstante aliquo maleficio exbannimento condemnatione seu debito seu alia quacunq; causa & durante tali licentia non possit capi carcerari uel alia causa grauari nisi maleficium de quo proceditur contra eum esset adeo graue q; personalis pœna imponenda ueniret, & non ualeat nec debeat fideiussoribus relaxari, quo casu pro ipso tantum maleficio teneatur, & si contra aliquem procederetur de personalibus delictis seu maleficiis & uoluerit ab aliquo se excusare, & super aliis existere cõtumax detur ei similis licentia q; possit uenire, ad se excusañ de quo se uoluerit excusare, saluo q; p̃dicta nõ uendicent sibi locum in aliquo rebelle seu proditore cõis Spoleti, cui uel quibus per potestatem uel alium officialem licentia dari non possit, & si daretur non ualeat ipso iure.

De pœna ementis uel donantis possessionẽ litigiosam à non possidente tempore uenditionis uel donationis. Cap. LVIIII.

REM litigiosam in ciuitate uel comitatu Spoleti sitam de qua esset questio corã quocũq; iudice mota per citationem & libelli oblationem uel rem aliquam sitam in locis prædictis in cuius possessionem non esset uendens uel donans tempore uenditionis uel donationis nullus emat seu uendat uel donet seu donationem acceptet, & qui contrafecerit in centum libris deñ uice qualibet condemnetur, & ipsa uenditio uel donatio non ualeat, & sit nulla.

De pœna euntium post tertium sonum campanæ. Cap .LX.

POST tertium sonum campanæ, quæ de sero pulsatur p custodia ciuitatis Spoleti & añ campanam diei, nullus uadat per ciuitatem uel burgos Spoleti. & qui inuentus fuerit per familiam potestatis uel officialem custodiæ uel per custodes ciuitatis contra facere in quatraginta solidos denariorum uice qualibet condemnetur, & quicunq; fugerit ante familiam prædictorum officialium, uel custodis habeatur pro cõfesso de omnibus armis. Qui autem sic fuerit inuentus det fideiussores idoneos de se representando mane sequenti coram dño potestate uel suis officialibus & de soluendo condemnationem, si qua apparet facta de ipso occasione quacũq; & quæ fieret de eo occasione inuentionis prædictæ, & si prædicta faciet ad palatiũ non ducatur Saluo q; si aliquis fuerit inuentus cum armis ducantur ad palatium potestatis, & si fuerit forensis cum prædictis armis inuentus cum lumine uel sine lumine non relaxetur nisi pœna soluta & bannimento de mane facto, si aliquis aliquid uellet dicere de ipso uel contra ipsum exceptis personis euntibus pro medicis uel medicinis pro aliquibus conuiuiis faciendis pro presbyteris seu capellanis pro rebus necessariis circa funus defuncti, ad notificandũ defunctum, molendinariis qui uadunt cum bestiis, fornaribus euntibus ad furnum, & ab ipso redeuntibus cum pane uel causa faciendi ipsum coqui, Macellariis quibus liceat ab eorum domibus ire ad macellum & inde domum redire, Speciariis, Lanaiolis, & quibuscunq; Artificibus qui ab apotecis ipsorum redirent domum propriæ habitationis, & ab ipsa domo ad apotecam recta uia, & omnibus euntibus pro aliqua necessaria causa, & personis inuentis prope ipsorum domũ propriam uel conductam per tres domos numerandas a quacũq; parte fuerit utilius pro inuento cum lumine uel sine, dummodo numeretur ab ea parte a qua ad dictam domum cõmode iri possit. Qui omnes & ipsorũ quilibet ad pœnã aliquã minime teneãtur, dum tamen ipsorum quilibet lumen deferat, & inuentus non sit aliqua arma portare.

De inquisitione facienda cõtra iniuriantes pauperes hospitaliũ. Cap. LXI.

VBIcunq; sunt iudices sunt singulariter pauperibus & miserabilibus personis in sua iustitia releuandis oppressionibus debitores, ideo teneatur & debeat iudex maleficiorum uinculo iuramenti & pœna .xxy. librarum denariorũ quolibet mense mittere unũ ex notariis maleficiorũ ad hospitale sancti Stephani de stella & inquirat de omnibus iniuriis uel dicto uel facto cõmissis cõtra pauperes & expositos dicti hospitalis, & idem faciat de aliis hospitalibus, & prout inuenerit ipse notarius referat ipsi iudici ut procedi possit per eum contra cõmittentes, & facientes iniurias pauperibus antedictis.

De pœna extrahentium bladum porcos castrones, & alia uictualia extra territoriũ Spoleti, & confines infrascriptos. Cap. LXII.

GRANVM, hordeum, fabam, & quodcunq; aliud bladum, uel legumen, panes, uel farinam, cuiuscunq; generationis existat, nullus præsumat extrahere nec extrahi facere extra cõfines infrascriptos uidelicet ultra domos quæ olim fuerunt domini Caroli Dñi manentis sitas in uilla petrognani adiectis domibus directe ad molendinum quod est in pede beroyti,

& extra dictum molendinum directe usq; ad sanctum Cipryanum directe supra usq; ad cacumen uillæ cozarum de campello, & a domibus prædictis Dñi Caroli usq; ad montem martanũ ad terzerium plebis & a sancta Maria de strictura extra &monte franco infra a castagnacupa extra & baptiferia extra Porcos, & castrones mustum boues, pullos oua, & aliquas bestias siue uictualia uel aliquid de prædictis soluta uel non soluta gabella pro eis absq; licentia sub pœna amissionis bestiarũ cum quibus deferret ipsas res & sine, & ipsarum rerũ & .xxy. librarũ quotiens contrafecerit, & liceat cuilibet denuntiare, & accusare & credatur sacramento accusatoris, & denuntiatoris cum uno teste de quo banno & bestiarum & rerũ amissarum dimidiam habeat accusator & dictam licentiam. D. Priores dare possint de bobus & bestiis bouinis quibuscunq; tam forensibus quam de comitatu, & quibuscunq; aliis bestiis forensium quæ uenissent extra comitatum Spoleti, & deberent extrahi de ipso comitatu & districtu, de aliis bestiis siue uictualibus aliquam licentiam dare non possit aliquis officialis uel alius ad pœnã .xxv. lib. deñ. pro qualibet licentia. Et nihilominus ipsa licentia nõ ualeat ipso iure. Exceptis equis & bestiis equinis, & asininis, quas possit quilibet extrahere absq; pœna sine aliqua apodissa, soluta tamen gabella de illis de quibus solui debet secundum ordinamenta gabellæ. Teneat autem quilibet capiens aliquem deferentem aliquas res prohibitas ducere in fortiam cõis die captionis uel sequenti cum omnibus rebus quibus inuentus fuerit tempore captionis, & ipsas res camerario cõmunis assignet ad supradictam pœnã. Et sit licitum cuilibet talem capere & ducere sine pœna. Et potestas qui fuerit pro tempore primo mense sui regiminis notificet Sindicis uillarum contenta in hoc capitulo ut ignorantiam non ualeant allegare.

De pœna declinantis iurisditionem cõmunis & facientis citari cõmune Spoleti, uel aliquos eius officiales extra curiam cõmunis prædicti. Cap. LXIII.

QVI cunq; super aliquo processu inquisitionis denuntiationis, uel accusæ opposuerit, uel allegauerit, uel aliquas litteras impetrauerit, ppter quod indirecte, uel directe uelit indebite & iniuste declinare & declinare uideatur iurisditionẽ dñi Potestatis, seu alterius officialis cõmunis Spoleti, uel facientis euocari uel citari uel aliter quouis modo molestãs uel inquietans potestatẽ uel quemlibet aliũ officialem ciuitatis Spoleti, forensem, siue ciuem prætextu sui officii, nel alia de causa eorum officio durante & postea toto tempore ipsorum sindicatus sit & esse intelligatur ex nunc extra protectionẽ cõmunis Spoleti, & in centum libris deñ uice qualibet condemnetur quos & quẽlibet ipsorũ arbitrio & uoluntate dñi Potestatis, possit ipse dñs Potestas summarie, & de plano & de facto cogere realiter & personaliter pro solutione prædicta, & quicquid fecerit ipse dñs Potestas uel fieri fecerit per suos officiales contra dictum indebite & iniuste declinantem suam iuriditionem & cõis Spoleti, uel alterius officialis dicti cõis sit ipune. Ita q; de ꝑdictis non possint sindicari molestari uel inquietari tempore syndicatus uel ante. & si inquietarẽtur uel molestarẽtur defendãtur & indemnes conseruẽtur expensis cõmunis Spoleti. Saluo q; hoc capitulũ nõ uendicet sibi locũ in illis personis, quæ declararẽtur per dños Priores populi & capitaneos artium, uel duas partes ex eis non posse conueniri coram iudice seculari & sub iurisditione cõmunis Spoleti constringi.

De pœna super apprehendentis uel occupantis de bonis cõmunis uel alterius singularis personæ. Cap. LXIIII.

SVPER apprehendens uel occupans de bonis stabilibus cõmunis uel singularis personæ in .xxv. libris denariorum uice qualibet condemnetur, & quilibet officialis ad petitionem cuiuscunq; de prædictis inquirat & super apprehensa restitui faciat, & occupata de plano sine strepitu & figura iudicii.

XXXVI

De pœna dicentis alicui uerba iniurioſa. Cap. LXV.

QVI cunq; dixerit alicui reuaglioſum homicidam, furem latronẽ ſodomitam patarenũ, uel his ſimilia in decem libris deñ uice qualibet cõdẽnet, pro aliis uero uerbis iniurioſis uidelicet, martiris fili, puttanæ, uel meretricis, ſpurie, Ribbaldo, rubbadore, & his ſimilia in centũ ſolidis denariorũ uice qualibet condemnetur.

De pœna reimproperantis alicui aliquas iniurias. Cap. LXVI.

REIMPROPERANS recordans dicens uel reputans aliquas iniurias uel offenſas morté maleficia uel delicta cõmiſſa, & perpetrata hactenus in ciuitate, uel comitatu Spoleti in perſonis uel rebus quorũcũq; Spoletinorũ, uel quæ cõmitterent impoſterũ de qbus pax facta fuiſſet generalis uel ſpecialis, in centũ libris deñ uice qualibet cõdẽnet. Et ſi fuerit mulier nupta teneat maritus ipſam quantitatẽ de ſua dote ſoluere, ad quã ſoluendã realr & perſonalr cogi poſſit, & ſi dictã pœnã ſoluere nõ Potuerit uel noluerit infra terminũ aſſignãdũ, una die ſabbati ponat in berleria, & ſedeat tota die, & alia die ſabbati, quæ ſequet a platea fori uſq; ad portã ſancti Gregorii fuſtigetur. Si aũt de p̃dictis iniuriis & maleficiis p̃dictis eſſet facta pax, talis ſic reputãs dicẽs reimproperans uel recordãs ĩmedietate dictæ pœnæ uice qualibet cõdẽnetur, & ſimili modo ſi fuerit mulier maritata, maritus eius de ſua dote ſoluere cõpellatur Et de p̃dictis uerbis iniurioſis dictis & recordatis quilibet poſſit accuſare. & habeat dimidiã partẽ banni, & teneat ei credentia, & ei credatur cum ſacramẽto de nouo p̃ſtãdo, & dicto unius teſtis, & poteſtas banniri faciat hoc capl'm ſtatuti, & ad probandũ dictas iniurias morté uel offenſas ſufficiat probatio quatuor teſtium de publica fama.

De pœna incottimantis Bladum in ciuitate Spoleti uel comitatu eiuſdem. Cap. LXVII.

IN ciuitate Spoleti comitatu uel diſtrictus nullus præſumat ex cã mercantiæ uel ex alia aliqua cauſa emere uel emi facere incoptumare uel in coptumari facere uel incanauare, uel incanauari facere aliquod granũ uel bladũ ueniens ad ciuitatẽ Spoleti, & quicunq; cõtrafecerit in quinquaginta libris deñ uice qualibet condemnet, & granũ uel Bladũ in coptumatũ emptũ uel incanauatũ perdat, & ſit cõis Spoleti, & quilibet poſſit accuſare cõtrafacientẽ, & ei cũ ſacramento de nouo p̃ſtando credat, & dicto unius teſtis fidedigni, & medietatẽ dicti banni habeat accuſator ſaluo q; quilibet pro ſuo uictu poſſit uſq; in unã ſalmã emere habita de hoc licentia, & apodiſſa a Dñis Prioribus populi, & iuramento per ipſum præſtito, q; illud bladũ uelit pro ſua familia & eius uictu.

De pœna Nobilis occupantis aliquã poſſeſſionẽ alicuius popularis. Cap. LXVIII.

AD PETITIONEM cuiuſlibet popularis cõquerẽtis de aliquo nobili uel magnate quem diceret aliquã poſſeſſionẽ occupaſſe ſeu occupari feciſſe, & ipſam occupatã detinere, teneat & debeat dñs poteſtas uinculo iuramenti, & pœna ducentorũ lib. deñ. talẽ popularem reponere & immittere & ĩmiſſum manutenere in poſſeſſionẽ dictæ rei & ſufficiat ad prædicta duorũ teſtiũ p̃batio receptorũ de facto ſine ſtrepitu & figura iudicii arbitrio ipſius dñi poteſtatis & dict9 nobilis de occupatione talis poſſeſſiõis puniat ſcdm ordinẽ & formã ſtatutorũ.

De pœna inuadentis tenutam uel poſſeſſionẽ alicuius. Cap. LXVIIII.

INVADENS auferens ſeu occupans tenutã alicui datã per curiam Spoletanã puniatur in. xxy. lib deñ. Et nihilominus tenutã & poſſeſſionẽ reſtituat, & dãna & expenſas reficiat & nullus debitor reintret poſſeſſionẽ datam & adiudicatã creditori ex ſecũdo decreto, & ſi cõtrafecerit in quinquaginta libris deñ. uice qualibet cõdẽnet. Et eidẽ pœnæ ſubiaceat ille qui occupauerit uel inuaſerit tenutã uel poſſeſſionẽ alicuius rei per aliquẽ poſſeſſæ quoquo mõ.

De pœna

De pœna assotiantis aliquem ad capiendum uel apprehendendum tenutam uel possessionem alicuius ecclesiæ uel alterius. Cap. LXX.

NVLLVS uadat ad apprehendendum, uel intrandum possessionē uel tenutā alicuius ecclesiæ siue alterius cum comitiua sex hominū uel abinde supra absq; licentia speciali dūoꝝ Priorū populi, uel duarū partiū ipsoꝝ & semper licentiā habeat de prædictis iudicis cō petentis ad pœnam quingentarum librarum denariorū, in quibus tam cōtrafaciens q̄ ipsum assotians uice qualibet pro quolibet condemnetur.

De pœna subtrahentis bladum de barcha uel meta aliena. Cap. LXXI.

QVI subtraxerit uel acceperit granū de meta, uel barcha aliena in quinquaginta libris denariorꝝ, Si de campo uel aliunde in xxv. libris denariorꝝ uice qualibet condemnetur, & in quolibet dictorum casuum damnum emendet duplicatum.

De pœna intrantis possessionem alicuius post prohibitionem sibi factam. Cap. LXXII.

POSSESSIONEM aliquam alicuius postq̄ fuerit sibi prohibitum per dominum possessionis. seu per bayulum alicuius officialis cōmunis Spoleti, quicunq; intrauerit uel eius bestiæ intrauerint in centum solidis denariorum uice qualibet cōdemnet, cuius banni medietas sit cōis, & alia dñi rei, seu possessionis accusantis eundem cui cū iuramento de nouo præstando, & dicto unius testis de uisu credatur. Et si quis de aliqua Villa comitatus Spoleti dederit damnum in possessionem alicuius, postq̄ ad petitionem possessoris, fuerit mandatū sindico de uilla, q̄ nullus de dicta Villa det damnū in dicta possessione in simili pœna, & prout superius dicitur, condemnetur. Et si præfatæ personæ uel eius bestiæ damnum dederint emendent damnum in duplum patienti.

De pœna remouentis terminos alienos. Cap. LXXIII.

REMOVENS uel aliter mutans terminos immissos pro cōfinibus alicuius possessionis in centū libris denū condemnet, quas potestas teneatur auferre, & exigere absq; prolatione sententiæ, seu processu exinde formando, sed solū sufficiat, q̄ ad petitionem petentis potestas mittat partiserium, qui perquirat, & inuestiget ueritatem de terminis mutatis, & secundum quod referet cum publica uoce, & fama, ita culpabilis habeatur, qui esset de dicta remotione, & cōmutatione culpatus, & habeatur pro p̄batione legitima dicta relatio, quæ fiet de terminis uno uel pluribus commutatis, & probatio famæ publicæ quæ esset contra aliquem commutantem.

De pœna frangentis domum uel hostia alicuius domus. Cap. LXXIIII.

FRANGENS aliquam domū uel hostia alicuius domus in Ciuitate & destrictu Spoleti uel comitatu in centum libris denū uice qualibet condemnet, & hoc locū nō habeat in bayulis, & aliis qui prædicta facerent mandato alicuius officialis, pro exequutionibus collectarum, uel aliarum rerum.

De pœna transeuntis per loca prohibita inuitis custodibus. Cap. LXXV.

INVITIS custodibus nocturnis, uel diurnis si quis iuerit per loca prohibita per cōe eiusq; officiales, uel etiam per ipsos custodes puniatur usq; in quinquaginta libris denariorū arbitrio dñi. Potestatis, & credatur iuramento custodum tam de prohibitione, q̄ de transitu, qui fieret contra uoluntatem eorum.

De modo tenendo in corruptis & lamentitiis Defunctorum. Cap. LXXVI.

TEMPORE corrupti uel lamentitii quæ fierent de aliquo defuncto uel defuncta uel postea, quandocunq; nullus masculus siue fœmina audeat, uel præsumat extra domum dicti defuncti, uel defunctæ sibi dilaniare faciem siue uestes, uel se decapillare, uel capite non coperto siue non uelato stare siue uociferare, & clamare ad pœnã decem librarum denariorũ pro quolibet, & qualibet uice, & Mulier aliqua non audeat, uel præsumat tam in domo dicti defuncti uel defunctæ q̃ extra reputare uel reputãri facere, nec ultra sex mulieres uadant ad aliquod Monasterium ad faciendum dolentiam de defuncto. Et ibi non faciant aliquem elamorem reputitium uel decapillationem ad pœnam uiginti quinq; librarum denariorum pro ipsarum qualibet quotiens contrafecerit. Et si in dicto reputitio diceret uel exprimeret aliquas iniurias uel offensas factas & commissas inter ciues quoscunq; uel comitatenses ciuitatis Spoleti puniatur secundum formam statuti positi sub Rubrica de pœna reimproperantis. & quilibet possit accusare & denuntiare quoscunq; & quascunq; contrafacientes in prædictis uel alterius quo prædictorũ, & medietatem habeat dicti banni, & credatur denuntiatori uel accusatori, cũ dicto unius testis. & nomen denũtiantis uel accusantis (Si uoluerit) teneatur in secreto. Teneatur autem dñs Potestas uinculo iuramenti, & pœna uiginti quinq; librarum denariorum mittere ad ipsam domum, uel prope ipsam unum ex notariis suis ad inquirendum inuestigandũ & uidendum si aliquis contrafecerit in hoc statuto contentis, & relationi dicti Notarii stetur & credatur cum iuramento de nouo præstãdo quando relationem faciet dño Potestati, & quos per relationem dicti Notarii uel aliter inuenerit culpabiles de prædictis cogat ad soluendum dictam pœnam de facto, & summarie absq; aliquo processu & condemnatione ferenda, & q̃ de omni eo quod hac de causa peruenire fecerit in communi recipiat tertiam partem. Et si in prædictis potestas fuerit negligens uel remissus, procedatur contra eum tempore syndicatus.

De pœna facientis adunantiam pro aliquo nouo sacerdote debente dicere missam & pro muliere uolente ingredi monasterium. Cap. LXXVII.

PRO SACERDOTE aliquo uel clerico qui uellet & deberet missam uel euangelium cantare, uel pro aliqua, quæ deberet monasterium uel carcerem intrare nullus faciat aliquam adunantiam hominum uel mulierum, nec mittat uel portet uel deferat aliquam faculã de cera uel offerat aliquam aliam rem ad pœnam decem librarum denariorum pro quolibet & qualibet uice exceptis conuicinis, & consanguineis ipsius debentis intrare monasterium, uel carcerem usq; in tertium gradum qui tantum possint ipsam mulierem intrantem monasterium uel carcerem associare.

De pœna facientis manciam seu munus nuptæ uel nouæ sponsæ. Cap. LXXVIII.

NVPTIARVM tempore aliquis non præsumat ad conuiuium accedere nec aliquam manciam facere, siue munus ad domũ mulieris nuptæ siue mariti, uel ipsi nuptæ uel marito uel alteri pro eis præter attinentes ipsorum usq; in tertium gradum, & quicunq; contrafecerit in decem libris denariorum uice qualibet condemnetur, & quilibet possit accusare, & dimidiam partem banni habeat accusator & sibi cum dicto unius testis fidedigni credatur, & si contra delinquentes prædictos uel aliquem prædictorum & alios in proximo præcedẽti capitulo & sequenti contentos potestas per inquisitionem processerit, & aliquos uel aliquem culpabilem inuenerit medietatem pœnæ eius quod deuenire fecerit in communi habeat & percipiat dominus potestas prædictus.

De pœna retinentis porcos in ciuitate Spoleti. Cap. LXXVIIII.

PORCVM aliquem uel scrofam nullus possit habere uel retinere in ciuitate Spoleti nisi ipsum tenuerit in domo ligatũ uel sic reclausum, q̃ de domo nõ exeat, & qui contrafecerit in centum

in centum ſolidis denariorum uice qualibet cõdemnetur, & quilibet poſſit accuſare, & habeat dimidiam partem banni, & poteſtas mittat quolibet menſe unum ex ſuis notariis ad inquirendum de prædictis, & repertos culpabiles puniat, & condemnet, ſub uirtute præſtiti iuramenti & porcus ſeu ſcrofa poſſint a quolibet impune occidi & auferri.

De pœna ludentum ad ludum prohibitum & mutuantiũ in ludis. Capᵃ. LXXX.

AD LVDVM taxillorum lupinorum, & monticillorum, uel piolorum uel quintanarꝝ in qno aliquid uincatur uel perdatur nullus in ciuitate uel comitatu Spoleti ludat, & qui contra fecerit in decem libris denariorum uice qualibet puniatur, & in uiginti quinqꝫ libris denariorum puniatur ille in cuius domo fieret dictus ludus, niſi in eius domo eſſet tempore dicti ludi taberna, quo caſu ad dictam pœnam teneatur Tabernarius, & non ipſe excepto a prædictis ludis ludo tabularum & calculorum ſiue ſcachorum cum Taxillis uel ſine ad quorũ quẽlibet poſſit quilibet ludere ſine pœna & qui contrafecerit ludens ad ludum prædictum in centũ ſolidis denariorum uice qualibet condemnetur. Nullus autem ad quemlibet ipſorum ludorũ alicui mutuet cum pignore uel ſine, & ſi contrafecerit mutuatio non ualeat ipſo iure, & cui fieret dictum mutuum ad ipſum reſtituendum, & reddendũ nullatenus teneatur, & pignora quæ in dicto ludo pignoraſſet poſſit recipere ſine aliqua ſolutione, & pœna, & etiam qui mutuaſſet ſuper dictis pignoribus teneatur ipſa reſtituere illi cuius ſunt, abſqꝫ aliqua ſolutione, & nihilominus accipiens aliquod pignus uel mutuans ad dictum ludum. Et Notarius qui conficeret inſtrumentum, uel contractum alicuius mutui uel aliquem alium contractum factum ſub ſpe mutui dicti ludi & ipſorum quilibet in uiginti quinqꝫ libris denariorum uice qualibet condemnetur, & talis contractus non ualeat ipſo iure. & quilibet poſſit tales contrafacientes, & ipſorũ quemlibet accuſare, & credatur ſuo dicto cum dicto unius teſtis, & medietatem banni habeat accuſator & eius nomen teneatur ſecretum. Teneatur autem dominus Poteſtas uinculo iuramenti, & pœna centum librarum denariorum de ſuo ſalario facere inquiſitionem diligentem contra facientes prædicta uel aliquod prædictorum, & mittere quolibet die unum ex ſuis notarijs per ciuitatem ad inueniendum ludentes, & facientes contra præſens capitulum ſtatutorũ, & relationi ipſius notarii uel duorum famulorum ex ipſius familia cum iuramento de nouo præſtando credatur, & ſtetur, & pro probatione legitima habeatur.

De pœna petentis debitum iam ſolutum. Capᵃ. LXXXI.

PETENS debitum iam ſolutum in duplo quantitatis petitæ condemnetur, cuius banni & condemnationis medietas ſit communis, & alia eius contra quem ſolutum debitum petebatur Talem petentem in iudicio accuſantis, & nihilominus cogatur ſic petens quietationẽ de petitis facere debitori, & ſic inſtrumentum quod appareret reddere cancellatum, a prædictis autem ſint excepti heredes ceſſionarii, & ſucceſſores aliquorum qui cum habeãt iuſtã cauſam ignorantiæ ad pœnam prædictam minime teneantur, ſed cedens ius remiſſum, & quietatum ad dictam pœnam teneatur quemadmodum ſi per ſe peteret ius quod ceſſit.

De pœna occupantis uias communis. Capᵃ. LXXXII.

STRATAE publicæ communis non occupentur per aliquos. Et nullus in dictis ſtratis teneat aliquam bancam uel bancas extra muros domorum circunſtantiũ dictæ ſtratæ ultra medium pedem perticæ communis Spoleti, nec ipſam uiam teneat occupatam muris lignis, uel aliis ingommoramentis, & nullus poſſit aliqnid habere appenſum uel extenſum ſupra dictas ſtratas in decem pedes perticæ menſurando per altum, ſaluis ambulis retrofactis & qꝫ habentibus domos ab utraqꝫ parte uiæ liceat ſupra dictam uiam habere annauenia, alta tamen a, uia dictis decem pedibus, & qui contrafecerit in. xxv. libris denariorum condemnetur, & inſuper Dñs Poteſtas infra quindecim dies poſt aperturam præſentis capituli ſtatuti banniri faciat publice per ciuitatem prædictam, & in dicto bãnimento terminis decem dierum cuilibet aſſignetur infra quem poſſit dictas bancas, & ingomeramentũ, & quicquid haberet appenſum

super dictis stratis remouere, & post elapsum terminum dicti banni uinculo iuramẽti, & pœna uiginti quinq; librarum denariorum dictus dñs potestas mittat aliquem ex suis officialibus ad perquirendum pro contrafacientibus in prædictis, & repertos culpabiles secundum præsens capitulum puniat & condemnet.

De pœna aucupantis ad columbas. Cap. LXXXIII.

AD COLVMBOS uel columbas nullus aucupetur uel debeat aucupari cum indicibus uel alio ingenio aucupandi uel quocunq; modo & instrumẽto ipsas interficere, Quĩ autem contrafecerit in uiginti quinq; libris denariorũ uice qualibet & pro qualibet columba condemnetur, & quilibet habens columbariam in ciuitate comitatu & districtu Spoleti, talem aucupantem capientẽ uel occidentem possit & ualeat accusare, & de columbis, quas assereret sibi captas stetur solum suo iuramento, & q̃ aliquis aucupatus fuerit sibi cum uno teste credat Et etiam sufficiat pbatio publicæ uocis & famæ per quatuor testæ; & etiam credatur uni testi de uisu & habeatur pro plena & legitima probatione & talis aucupans in duplum emendet dãnum. quod intulit patienti. Syndici uero uillarum denuntient infra tres dies domino Potestati aucupantes in uillis eorum ad columbos, uel columbas prædictas aĩs ad emendationẽ damni columbarum domino teneantur, & si syndici requisiti nõ denuntiauerint incidant in pœnã decem librarum, & si domino potestati, & aliis officialibus constaret per inditia quæ eis legitima uiderentur possit, & teneatur dictos malefactores torquere usq; ad legitimam inditiorũ purgationẽ, & qui fuerint contumaces ad comparendũ & purgandũ inditia prædicta habeantur procõfessis, & legitime testibus superatis, qui nullo tamen beneficio confessionis gaudeant & q̃ nullus audeat aucupari ad columbos seu columbas seu ad alias aues iuxta aliquod colũbarium per. xl. perticas ad mensuram Spoletanam sub dicta pœna, & q̃ nullus aduocatus uel procurator ad defensionẽ dictorum aucupantiũ possit nec debeat comparere nec aliquis pro eo uerba facere sub pœna. x. lib. deñ pro quolibet comparente, & qualibet uice de facto a cõtrafaciente auferenda & si comparuerit non admittatur nec audiatur ab aliquo officiali sub dicta pœna, & liceat cuilibet accusare, & habeat quartã partẽ & accusans teneatur secretus & prædicta locum habeãt cõtra omnes personas quæ exonerauerint archabusiũ, uel alia instrumenta iuxta columbaria periactum lapidis uersus aliquod columbarium,

De pœna triccullorum seu Pizicarolorum uendentium Panẽ in platea fori, & in coptimantium in die fori. Cap. LXXXIIII.

PIZICARIOLVS uel triccolus seu salsamentarius uel aliquis eorum, uel ipsorũ, uel alicuius eorum famulus filius nepos uel alius pro eis in diebus sabbati ante horam nonarum in ciuitate comitatu uel districtu Spoleti non emat uel incoptimet caseum, oua, hædos, pullos, pippiones, uel alias res siue animalia siluestria, uel domestica, olera, poma, agrumina, & his similia nec macellarius emat per se uel alium hædos siue ciappos, in ciuitate uel extra in die sabbati ante nonas ad pœnam centum solidorum denariorum pro quolibet & quotiens contrafecerit, & quilibet possit contrafacientes accusare, & denuntiare, & habeat dimidiã partem banni, & eius dicto cum teste credatur, & eidem pœnæ subiaceat quilibet qui dictis diebus ante horam nonæ prædictam aliquid incoptimaret uel emeret causa reuendendi.

De pœna uicturalis portantis Bariles muffatos, & non sigillatos. Cap. LXXXV.

VINDEMIARVM tempore quilibet uicturalis uel carregians mustum per ciuitatem uel comitatum Spoleti teneatur & debeat habere, & portare bariles sigillatos ad sigillũ communis quod in ipsis barilibus debeat apponi anno quolibet, & sint ad minus capaces triũ broccharum non muffati uel alterius mali saporis, uel odoris infecti, qui autem contrafecerit in prædictis, uel aliquo prædictorum in centum solidis denariorũ uice qualibet condemnetur, & nihilominus omne damnum, quod pateretur aliquis ex dictis barilibus muffatis uel infectis

emendare

emẽndare debeat duplicatum, & officiales gabellarum tempore antedicto rimari faciant pro prædictis.

De pœna facientis putredinem uel ſuzuram ꝑpe eccleſiam. Caꝑ. LXXXVI.

TVRPITVDINEM uel ſuzuram faciens prope aliquam eccleſiam per decem pedes uel in ipſa eccleſia uel eius cimiterio in uiginti ſolidis denariorꝫ uice qualibet condemnetur & officialis ſuper uiis ponat unum hominem pro qualibet parrochia qui denuntiet contra facientes cuius dicto credatur & habeat dimidiam partem banni.

De pœna impedientis uel rumpentis aquæductum aquæ. Caꝑ. LXXXVII.

IMpediens uel rumpens aquæductum cõmunis ita ꝙ aqua exeat uel impediatur ne labatur per ipſum uel alicuius fontis ciuitatis uel comitatus Spoleti in libris centum denariorũ puniatur & ipſum aquæductum faciat ſuis expenſis reaptare. & eandem pœnam incurrat qui deriuauerit dictam aquam, & poſſit quilibet cõtrafacientem accuſare & habeat medietatẽ banni & eius iuramento credatur cum uno teſte.

De pœna deriuantis aquam de ſua poſſeſſione ad aliam & extrahentis de ſuo curſu. Caꝑ. LXXXVIII.

DERIVANS aquam quæ labitur uel exit de ſua poſſeſſione uel alʒ exiret tempore pluuiæ in poſſeſſionem alicuius ſui conuicini uel ipſam extrahens de curſu antiquo, in præiudicium alicuius uel ipſum curſum nõ tenens liberũ & remundatũ, ita ꝙ nõ faciat impedimentũ adiacentibus in decẽ libris deñ pro tali maleficio cõdemnetur, & omnẽ nouitatẽ debeat remouere ad petitionẽ cuiuſlibet iuridice uel legitime cõquerẽtis & ſibi dãnũ quod intulit emẽdare.

De pœna deuaſtantis roſtam, uel cluſimen aquæ. Caꝑ. LXXXVIIII.

NVLLVS deuaſtet ſeu damnũ inferat in roſta uel cluſimine aliquo facto uel ordinato pro defenſione alicuius poſſeſſionis ab aqua uel ꝑ aqua ducenda ad molendina uel alio' ad pœnam centum ſolidorꝫ denariorꝫ in quibus contrafaciens uice qualibet condemnetur & damnum in duplo emendet cuilibet patienti.

De pœna facientis fornacem intra muros ciuitatis Spoleti. Caꝑ. LXXXX.

FORNACEM aliquã nullus faciat ad pœnam centum ſolidorꝫ denariorꝫ intra muros ciuitatis Spoleti, & remouere teneatur quã feciſſet ſeu faceret in futurũ & cuilibet ſit licitũ accuſare, & habeat dimidiam partem banni & eidem cum iuramento credatur.

De pœna proicientis turpitudinem ſupra caſalenum alicuius uel uiam uel plateam. Caꝑ. LXXXXI.

SVPER caſaleno uel ſolo uel re alterius nullus proiciat aliquã turpitudinẽ uel immunditiã uel rem aliam ab alto uel a terra, ſiue ſuper eo aliquod uerſatorium ſeu neceſſariũ faciat uel teneat contra uoluntatẽ illius dñi cuius eſſet dicta res uel caſalenum, niſi dicta ſeruitus eidem competeret iuſto titulo, quem titulum ꝓbare poſſit inſtrumento ſeu teſtibus, & qui cõtra fecerit in centum ſolidis denariorũ uice qualibet condemnetur, & ſuis expenſis ipſam turpitudinem uel rem aliam eleuet de loco ubi proiecit. Inſuper nullus proiciat, uel faciat proici aliquam turpitudinem in uiis publicis, nec in aliquo fonte, nec iuxta ipſum per quatuor perticas ad pœnam quatraginta ſolidorum denariorum pro quolibet & qualibet uice, nec proiciat aliquis aliquã ſuzzuram de aliquo loco uel de alto in uiis ſeu aliqua uia uel aquam uſqꝫ ad tertiũ ſonum campanæ quæ de ſero pulſatur pro cuſtodia ciuitatis, & qui proiecerit aliquam aquam de alto poſt dictum tertium ſonum campanæ debeat primo tribus uicibus uociferare & clamare uarda, uarda, uarda alias in quolibet caſuum prædictorum incurrat dictam pœnam, & Poteſtas uinculo iuramenti in qualibet contrata unum cuſtodem faciat ad denuntiandum qui contrafecerit in prædictis, & eius dicto detur plena fides. Molitores autem oliuarum & ipſorum

XXXVIIII v

quilibet curet sollicite cum effectu q; aliqua turpitudo uel aliqua immunditia molendini in uiam publicam non labatur, & ipsorum nullus habere possit aliquam cannellã ad secchiam nisi uno digito largam & actatam ad sensum camerarii communis ad pœnam decem librarum denariorum cuilibet contrafacienti & uice qualibet auferendam.

De pœna murantis iuxta uiam publicam uel uicinalem sine licentia uiarii. Cap. LXXXXII.

IVXTA uiam publicam, uel uicinalem in ciuitate Spoleti uel eius comitatu per quatuor miliaria prope ipsam ciuitatem nullus muret uel murari faciat nisi ipsa uia prius fuerit terminata & signata per officialem super uiis deputatũ ad pœnam decem librarum denariorum, & destructionis dicti operis & officialis super uiis infra secundam diẽ postq; fuerit requisitus teneatur ire ad terminandam ipsam uiam alias a termino in antea liceat requirenti ædificare & officialis prædictus incurrat dictam pœnam.

De pœna facientis ingõmoramentũ super portis ciuitatis uel ppe. Cap. LXXXXIII.

FACIENS uel fieri faciens uel tenens aliquod ingommoramentum supra portas ciuitatis Spoleti uel prope ipsas intus & extra per quinquaginta pedes a terra usq; ad altum quotiens contra fecerit in decem libris denariorum puniatur & ingõmoramentum debeat eleuare ad uolnntatem cuiuslibet officialis ciuitatis prædictæ.

De pœna opponentis se bayulo. Cap. LXXXXIIII.

OPPONENS se bayulo birretum rubeum deferenti & non permittens se pignorari ab ipso, uel eidem reaccipiens pignus contra eius uoluntatem in quatraginta solidis denariorum puniatur uice qualibet, & in quolibet horum casuum stetur bayulo & eius relationi atq; dicto, & si aliquam offensam eidem bayulo fecerit in persona in duplo pœnæ contentæ in statuto de ipso maleficio, quod commiserit in personam dicti bayuli condemnetur.

De pœna alienantis aliqua bona immobilia cõmuni Spoleti non subiecto. Cap. LXXXXV.

ALIENARE domũ uel alia bona imobilia in comitatu uel districtu Spoleti, sita alicui non subiecto iurisditioni communis Spoleti nullus præsumat quoquo titulo, & si fuerit castrum contrafaciens in mille libris denariorum. Singularis uero persona in ducentis libris denariorum uice qualibet cõdemnetur. Potestas uero primo mense sui regiminis faciat uenire personaliter coram eo Dominos de Arrono, de roccha accharini de Polino de baptiferia & de castrolacus, & cuiuslibet alterius castri siue fortellitii, quod cõmune Spoleti habet in confinibus uel prope confinia ciuitatis & districtus Spoleti, & a quolibet ipsorum recipiat iuramentũ promissionem & idoneam cautionem cum fideiussoribus per dominos Priores populi approbãdis de non alienando aliquam rem immobilem sitam in ipso comitatu & districtu Spoleti alicui non subiecto ipsi cõmuni ad pœnam mille librarum denariorum, in quibus quilibet contrafaciens uice qualibet condemnetur. Et nihilominus contractus uel alienatio, qui uel quæ fieret de aliqua ipsarum rerum non ualeat nec teneat, sed ipso iure ipsa res alienata sit, & esse intelligatur communis Spoleti, & ipsa ipsi communi pertineat pleno iure, & quilibet possit cõtrafacientes de omnibus contentis in hoc capitulo uel aliquo de contentis in eo accusare & denuntiare, ad cuius denuntiationem & accusationem potestas procedat, ad pœnam centum librarum denariorum de suo salario soluendam, & prædicta non intelligantur in uendente uel alienante prædicta bona uel aliquod prædictorũ cum licentia consilii populi ciuitatis Spoleti.

De pœna mattonariorum non facientium mattones in forma & de loco ubi fiant. Cap. LXXXXVI.

MATTONES fieri debeant longitudinis duorum summissorum grossitudinis trium digitorum & amplitudinis unius summissi pro quolibet, & quilibet cuppus fiat longitudinis unius

nis unius pedis ad pedem perticæ & amplitudinis dimidii pedis a parte ampliori dictorum cupporum, & formas prodictis Mattonibus & cuppis faciendas habeāt ipsi mattonarii & quilibet ipsorum sigillatas sigillo communis, cum quibus faciant mattones & cuppos, & non cum aliis Q.ui uero in prædictis uel aliquo prædictorum contrafecerit in decem libris denariorum uice qualibet condemnetur (excepto q̄ si aliqua persona a dictis mattonariis peteret maioris uel minoris mensuræ uel formæ sibi mattones seu cuppos fieri dicti mattonarii facere possint sine pœna ad sensum & uoluntatem cuiuscunq; petentis.) Et simili pœnæ subiaceat quilibet uendens miliare cupporum ultra libras uiginti & miliare mattonorum ultra duodecim libras. Et quilibet possit contrafacientes accusare & denuntiare in prædictis uel aliquo prædictorū & denuntiatori & accusatori credatur cū ipsius iuramento, & cū dicto unius testis bonæ famæ & habeat dimidiam partē banni, & potestas teneatur in principio sui regiminis facere iurare dictos mattonarios contenta in hoc capitulo obseruare. Et dictus potestas & Vicarius ciuitatis Spoleti teneant & debeāt sub uinculo prestiti iuramenti, & sub pœna .xxv. lib. deñ de suo salario auferēda singulis mensibus contra nō seruantes dictū capitulū formari facere generalem inquisitionem & inuentos culpabiles in quacūq; parte dicti capituli in pœnam in dicto capitulo cōdemnare, atq; punire. Et nihilominus teneantur Vicarius & potestas prædicti singulis mēsibus unū ex notariis suis mittere ad fornacem mattonariorum prædictorum & solenniter perscrutare si per dictos mattonarios seruantur omnia & singula in præsenti capitulo comprehensa, & non seruantes secundū formam dictorum statutorum facere condemnari sub dicta pæna.

De Pœna inhibentis alicui ne laboret possessionem alicuius & prohibitas laborantis. Cap. LXXXXVII.

INHIBENS uel alicui contradicens q̄ nō laboret de possessionibus alicuius ciuis uel comitatensis uel alterius stantis ad mandata cōmunis Spoleti, in quinquaginta libris denariorū uice qualibet condemnetur, & simili pœnæ subiaceat qui laborauerit aliquā possessionem prohibitam laborari per formam alicuius capituli statuti uel ordinamenti facti & faciendi per cōmune Spoleti, & de prædictis quilibet possit accusare, & sibi credatur cū uno teste bonæ famæ, & etiam credatur dicto alicuius laboratoris qui suo iuramento diceret sibi inhibitum fore per aliquem ne possessionem laboret ulterius.

De Pretio accipiendo per cimatores pannorum & de pœna accipientis ultra debitum pretium. Cap. LXXXXVIII.

CIMATORES pannorū & ipsoq; quilibet teneantur & debeāt ad petitionē cuiuscūq; petentis cimare pannos, & pro ipsis pannis quos cimabunt accipient salariū infrascriptū uidelicet pro quolibet bracchio panni lagi Alti denarios uiginti quatuor. Pro quolibet uero brachio pāni stricti denarios duodecim, Qui uero cōtrafecerit in quatraginta solidis denarioq; uice qualibet puniatur, cuius banni dimidiam habeat accusator, & quilibet possit accusare & tali accusatori cum iuramento credatur & potestas uinculo iuramenti & pœna uiginti quinq; librarum deñ infra quindecim dies in principio sui regiminis faciat dictos cimatores Ciuitatis & comitatus Spoleti coadunari coram se uel aliquo ex suis officialibus & iurare q̄ obseruabunt omnia quæ in hoc præsenti capitulo sunt inserta.

Quod in candelis & cæreis mittantur papiri de bombace & de pœna contrafacientis. Cap. LXXXXIX.

SPECIARIVS & quilibet alius ciuitatis Spoleti in candelis cæreis uel aliis facibus cæreis siue aliquo de prædictis immittat papiros de bombice tantū & nō de accia, & nullus uendat aliquā cæram ab octo diebus ante festum sanctæ Mariæ de Augusto usq; ad ipsum festū inclusiue nisi pro illo pretio & quantitate quod & quæ declarabitur per dños Priores populi quierūt p tēpore, & qui contrafecerit in centū solidis denarioq; uice qualibet condemnet. Et Potestas inquirere debeat de prædictis, & quilibet possit accusare & sibi credatur prestito iuramento. & habeat dimidiam partem banni.

De pœna euntis in officium extra ciuitatem & non reportantis instrumentum absolutionis. Cap. C.

ELECTVS ad aliquod officium extra ciuitatem & districtum Spoleti Potestariæ Capitaneatus, iudicatus notariatus seu alio nomine nũcupetur si dictum officium acceptauerit & exercitauerit debeat instrumentum absolutionis sui officii quod exercuerit deferre, & ipsum in publicam formã dñis Prioribus populi exhibere infra quinq; dies postq; redierit a suo officio, & qui contrafecerit in quingentis libris denariorum & plus & minus arbitrio Potestatis consideratа qualitate officii quod talis perceperit condemnetur.

De pœna edificantis in monte de arrono. Cap. CI.

ÆDIFICANS in monte Arroni siue in pertinentiis Arroni & castri lacus uel fluminis naris ex illa parte uersus castrũ luchi, uel in monte Saletti nel in possessionibus cõmunis Spoleti, uel in prædictis uel aliquo prædictorum locorum aliquam domum uel cappanam in centum libris denariorum uice qualibet condemnetur, & ædificatum debeat remouere quod fecisset, Saluis personis illis quibus esset concessum per cõmune Spoleti, q; possent in dictis locis uel aliquo ipsorum locorum ædificare, quæ possint in illo loco tantum & eo modo & ordine quo eis concessum est ædificare, & non aliter ad pœnam supradictam.

De pœna lauantis pannos uel facientes suzzuram in Pusterla uel aliis fontibus ciuitatis & comitatus Spoleti. Cap. CII.

LAVANTES Pannos in pusterula uel Vazzatorio uel aliquo fonte ciuitatis uel comitatus Spoleti seu in piscaria uel in aqua quæ exit de fonte Piscariæ & uadit ad Vazzatorium uel in ipso Vazzatorio, & tota Platea Piscariæ & Vazzatorii uel aliquem caldarellum calcinatum uel aliud uas immundum immittens uel lauans aliquod genus olerum uel aliam immunditiam seu turpitudinem immittens uel faciens in dictis locis uel aliquo prædictorum uel prope aliquod ex eis per unam perticam in quatraginta solidis denariorum uice qualibet condemnetur.

Quod nullus præsumat apportare carnes mortacinas & infectas intra ciuitatem Spoleti causa uendendi. Cap. CIII.

CARNES mortacinas uel granellosas nullus causa uendẽdi deferat nec uendat intra ciuitatem & portas nouas dictæ ciuitatis & qui contrafecerit in decem libris denariorũ uice qualibet puniatur & eidem pœnæ subiaceat qui extra portas prædictas uenderet aliter q; prout mortacinis infirmis uel granellosis.

Quando & qualiter uendantur carnes siccæ. Cap. CIIII.

LARDONEM seu carnes siccas nullus uendat non sigillatas, quæ essent porci masculi cum cæra rubea & scrofæ cũ cera uiridi. Nec alicuius scrofæ uel uerri seu porci non sanati quisq; uendat pro porcinis & legitimis ad pœnã centũ sol. deñ p quolibet & qualibet uice, & dictæ pœnæ subiaceat quicũq; uenderet aliquas carnes uel lardonẽ põderis duodecim librarũ & abinde infra cũ aliquo pondere q; cum bilancibus & ponderibus adiustatis & sigillatis sigillo cõis put & sicut supra de macellariis est expressum, & quilibet possit contrafacientẽ accusare & credatur accusatori cum uno teste de uisu & habeat medietatem banni.

De pœna proicientis animal mortuum intra ciuitatem Spoleti uel eius burgos & macerantis linum uel canabim indictis locis. Cap. CV.

ANIMAL mortuum proiciens seu macerans linum uel canabim intra ciuitatem Spoleti uel eius burgos in centum solidis denariorum uice qualibet condemnetur & quilibet p ossit accusare contrafacientem & habeat dimidiam partem banni.

Vbi & quo ordine pisces uendantur in ciuitate Spoleti. Cap. CVI.

PISCES generis cuiuscunq; recentes qui portabuntur ad ciuitatem Spoleti causa uendendi recta uia portentur, & exonerentur in platea fori, & ibi uendantur & uendi debeant per

deferentes eoſdem & nō per alios habitantes in ciuitate Spoleti ullo modo ſub pœna decē librarū pro quolibet cōtrafaciēte & qualibet uice, & poſtq̄ in dicta platea fuerint apportati de ipſa de die niſi uenditi fuerint nō extrahantur, & ſi aliquis portans piſces cauſa uendēdi ipſos nō portauerit & exonerauerit in dicta platea tantum uel alibi uenderet ipſos piſces ſeu de die non uenditos extraheret de dicta platea, & quicunq; de die retineret in domo propria uel conducta dictos piſces contra formam præſentis capitūli ſtatutorum in decem libris denariorum uice qualibet condemnetur de facto & ſine ſtrepitu & figura iudicii per poteſtatem auferendis & quilibet poſſit contrafacientem accuſare & denuntiare, & habeat mediā partē banni, & ſibi cum iuramento credatur, & cum dicto unius teſtis. Qui quidē piſces poſtq̄ exonerati fuerint in dicta platea, ut dictum eſt uendantur, & uendi debeant illo die quo exonerati fuerint ibi, uel ſequenti die uſq; ad ſonum campanæ guardiæ, & ſi uenditi nō fuerint ut prædicitur accipiantur & pauperibus tribuantur Marſianis piſcibus dumtaxat exceptis, in quibus nō uendicent ſibi locum, ſed uendantur & uendi poſſint illo die quo exonerati fuerint ibi & alio die ſequenti, & toto etiam alio die immediate ſequēti uſq; ad ſonū campanæ guardiæ. & ſi in dictis terminis piſces uenditi non fuerint ſeruetur modus in omnibus ſupradictus Et ſi aliquis portaret dictos piſces ad ciuitatem Spoleti, & ipſos non uenderet uel uendere nollet. Poſſit tamen ſoluta gabella libere retrahere de ciuitate prædicta, & alio ad uendendum portare pro libito uoluntatis ſuæ.

De pœna mentis piſces cauſa uendendi in ciuitate Spoleti. Cap̄. CVII.

NVLLVS Macellarius neq; aliqua alia perſona per ſe ſuum filium famulum uel aliū emat aliquos piſces cauſa uendendi in ciuitate uel comitatu Spoleti nec cū aliquo forēſe ineat nec ſocietatem faciat ad uendendum piſces in ciuitate prædicta. Qui autem contrafecerit in decem libris denariorum uice qualibet condemnetur, & contrafacientem poſſit quilibet accuſare & habeat dimidiam partem banni, & ſibi credatur præſtito iuramento cum uno teſte de uiſu & eius nomen teneatur ſecretum.

De pœna facientis congregationem in ciuitate uel comitatu uel diſtrictu Spoleti. Cap̄. CVIII.

NVLLVS nobilis uel popularis ciuis ſeu comitatenſis uel diſtrictualis præſumat facere aliquam congregationem gentium in ciuitate uel diſtrictu Spoleti ultra numerū decem, nec cum ipſis ſimul coadunatis ire per aliquam partem ciuitatis uel comitatus armatis uel nō armatis uel uadat extra comitatum Spoleti in ſeruitium uel deſeruitium alicuius niſi cum licētia dñorū Priorū ad buſſulas & palluctas per ipſos uel duas partes ex eis obtenta, & in publicā formam redacta, uel niſi prædicta fierent occaſione aliquorum ſponſaliū ſeu matrimonii contrahendi ſeu cauſa funeris alicuius. Qui autem contrafecerit in centum libris denariorum uice qualibet condemnetur, & ſimili pœnæ ſubiaceat qui tali congregationi intereſſet uel accederet cum eadem exceptis a prædictis capitaneis artium, & aliis quibus licet ſecundum formam ſtatuti aliquos congregare.

De pœna non obſeruantium pacem. Cap̄. CVIIII.

CONGRVVM extat ut quod promittitur operibus compleatur, ideo omnes adinuicē paciſcentes, & qui paciſcentur impoſterum de aliquibus iniuriis ſeu offenſis, & qui uigore alicuius pacis factæ uel faciendæ ad ipſam obſeruandam eſt aliqualiter obligatus ſiue de ipſa pace appareat publicum inſtrumentum ſiue nō teneatur ipſam pacem effectualiter obſeruare. Qui uero cōtrariū fecerit in quingentis libris deñ ultra pœnā cōtentā in ſtatuto pro maleficio quod comitteretur, & in cōtractu pacis contentam uice qualibet cōdemnet, & pro proditore & tanq̄ pditor in palatio populi depingat in loco publico & euidenti cū ſubſcriptione litterarū continentium nomen ipſius & quomodo pacem rupit, & hoc locum habeat in præſenti præterito & futuro, & eiſdem pœnis ſubiaceant rumpentes treuguas & fides datas.

De pœna dantis aliquid alicui officiali contra formam statuti. Cap̃. CX.

DANS aliquid illicite alicui officiali contra formam statuti uel eorum familiari ea pœna qua puniendus ueniret ille cui daret aliquid uel reciperet uice qualibet condemnetur saluo q̃ si tempore syndicatus talis officialis uel familiaris cui prædicta donaret uel concederet uel antea quandocunq; datum per ipsum officiali uel familiari prædictis probauerit syndicatori ipsius officialis uel dñis Prioribus populi anteq̃ de dicto dato per ipsum dantem & accepto per ipsum officialem constaret in iudicio ad pœnam aliquam minime teneatur.

De pœna facientis uel reperantis aliquod fortillitium in comitatu & districtu Spoleti. Cap̃. CXI.

NVLLVS audeat uel ptæsumat ædificare uel reparare uel emere Roccham castrum uel aliud fortillitiũ in comitatu uel districtu Spoleti absq; expressa licẽtia dominoꝝ Prioꝝ, & consilii populi uel duarum partium eorundem sub pœna quingentarum librarum denariorum. & tale fortilitiũ aliter edificatum reparatum uel emptum debeat dirui & deuastari.

De Pœna comitatensium uenientium ad ciuitatem tempore rumoris uel suspitionis absq; licentia dominoꝝ Priorum. Cap̃. CXII.

NON præsumat aliquis comitatensis uel districtualis Spoleti trahere ad ciuitatem Spoleti ad petitionem alicuius tempore rumoris uel suspitionis absq; speciali licentia & mandato dñoꝝ Priorũ populi uel duarum partium eorundem ad pœnam quingentarum librarũ denariorum pro quolibet contrafaciente quam si soluere non poterit pes sibi totaliter amputetur, & syndici uillarum & castrorum teneantur tales denuntiare dño Potestati prout tenentur alios malefactores aliás uilla uel castrum pœna quingentarum librarum denariorũ uice qualibet puniatur, & hoc capitulum in principio regiminis cuiuslibet potestatis publice banniatur.

De pœna officialiũ tenentiũ aliquem in Palatio ultra tres dies. Cap̃. CXIII.

NON possit dñs Potestas seu alius officialis communis Spoleti aliquem coactum in Palatio uel alibi præterq̃ in carceribus communis Spoleti detinere pro aliquo maleficio uel testimonio perhibendo uel alia quacunq; de causa ultra tres dies absq; licentia speciali dominoꝝ Prioꝝ populi ad bussulas & palluctas per duas partes ipsoꝝ obtenta de qua apparere debeat publicũ instrumentũ per cancellariũ cõmunis scriptũ pœna quingentarũ librarum denariorꝝ, in quibus quilibet contrafaciens sindicatus tempore condemnetur.

De pœna exeuntis de contrata in qua habitet tempore rumoris. Cap̃. CXIIII.

RVMORIS tempore si quis esset in ciuitate Spoleti nullus præsumat exire seu recedere de contrara in qua habitat nec impedire dicto uel facto aliqué cui liceat trahere ad rumorem ad pœnã quingentarũ lib. deñ, in quibus cõtrafaciẽs qũilibet cõdẽnet quã pœnã si soluere nõ poterit pes sibi amputet, & a crure totaliter separet. Saluo q̃ si tempore dicti rumoris fieret publicum bannimentnm uel aliud mandatum per dños Priores populi q̃ quis debeat ad certũ locũ trahere talis trahens uel uadens ad pœnã aliquã nullatenus teneat. Et hoc locum nõ habeat iniuratis populi quibus liceat secundũ eoꝝ iuramentũ trahere ad rumorem.

De pœna conciantium coria nisi in locis deputatis. Cap̃. CXV.

QVIA putredo coriorũ bestiarũ in concimis ipsoꝝ corioꝝ & calzolarioꝝ ubi conciantur & raduntur ipsa coria plerũq; obest sanitati hominũ, & quia aliqua calcinaria esse cõsueuere in ciuitate Spoleti seu burghis quæ putredinẽ dabant uicinis ipsoꝝ calcinariorum, & omnibus transeuntibus iuxta ipsa, & quia calcinaria quæ fuerunt & sunt iuxta piscariam communis & iuxta muros ipsius communis sunt tot q̃ omnibus Calzolariis de Spoleto sufficiunt, ipsa calcinaria prope domos aliquas habitatiuas non sunt, statuerunt, & ordinauerunt

& ordinauerũt q̃ nulla persona audeat uel præsumat in ipsa ciuitate uel burghis ipsius radere uel pilare coria aliqua uel pelles sed solum extra ciuitatem & burghos, nec etiam possit calcinare alibi q̃ in calcinariis supradictis sub pœna & ad pœnam quinquaginta librarũ denariorum pro quolibet & qualibet uice, & quilibet possit contrafacientem accusare & q̃ potestas uinculo iuramenti teneatur de prædictis facere diligentem inquisitionem quolibet mense.

De pœna uulnerantis uel occidentis bestias alienas. Capũ. CXVI.

EQVVM siue ronzenum quicunq; occiderit, contra uoluntatem domini cuius fuerit, in quinquaginta libris denariorum uice qualibet cõdemnetur, & nihilominus damnũ passo emendare teneatur integraliter. Si uero bestiam bouinam uel asininam iniuriose aliquis interemerit in decem libris denariorum condemnetur, & damnum & interesse resarciat domino cuius fuerit. Si uero aliam bestiam aliquis iniuriose occiderit in centum solidis denariorũ uice qualibet condemnetur, & damnum emendet patienti. Si autem uulnerauerit iniuriose aliquã prædictarum bestiarum in medietate dictæ pœnæ uice qualibet condemnetur, & ad interesse domino teneatur.

Quod condemnatis in carceribus pro quolibet die excomputentur duo soldi de cõdemnatione. Capũ. CXVII.

QVIcunq; condemnatus communis Spoleti pro aliquo maleficio uel maleficiis in aliqua pecuniæ quantitate occasione condemnationis prædictæ in carceribus dicti communis fuerit detentus uel carceratus uoluerunt statutarii supradicti q̃ excomputentur tali condemnato duo solidi denariorum pro quolibet die quo sic in carceribus detinebitur, dũmodo custos carcerum dicti communis eundem carceratum extra carceres dicti communis non retineat siue stare aut inde exire permittat. Et si contrafecerit pœnam decem librarum denariorũ ipso facto custos incurrat. Et cuilibet liceat eum accusare, & cum iuramento credatur, & uno teste, ita tamen q̃ si aliquis sic detentus in carceribus, pro aliqua condemnatione pecuniaria esset accatastatus in catasto communis a uiginti quinq; libris supra tunc per curiam potestatis siue alium officialem iurisditionem habentem fiat exequutio condemnationis in bonis eius usq; ad ualentiam suorum bonorum, & in residuo dictæ condemnationis fiat excomputatio duorum solidorum pro quolibet die quo carceratus steterit. Si autem accatastatus esset a uiginti quinq; libris infra habeat locum prouisio huius capituli de excomputatione absq; exactione facienda in bonis suis sic accatastatis.

Quod artifices non præstantes artem eorum puniantur. Capũ. CXVIII.

QVOD oẽs & singuli artifices dictæ ciuitatis & eiusdẽ comitatus & districtus qui soliti sunt artẽ aliquã facere uel exercere, & oẽs & singulæ personæ solite exercere aliqua seruitia uel ministeria continue temporibus debitis teneantur & debeant eorum artem officium exercitium uel ministerium facere & operari, & unicuiq; personæ petenti copiam suæ artis & ministerii facere, & nemini officium suæ artis & ministerium uel exercitum denegare, & si dicti artifices contrafecerint pro quolibet, & qualibet uice in decem libris denariorum puniantur auferendis de facto per potestatem, & quemlibet eius officialem ad petitionem cuiuscunq; conquerentis & stetur dicto querelantis cum iuramento, & probatione unius testis de ueritate, & cassentur de matricula artis in qua scripti essent. Et priuentur beneficiis & commoditatibus dictæ artis, & pro casso & priuato ex nunc habeantur, & intelligantur ipso facto &

q̄ capitaneus illius arsis teneat infra quindecim dies a die qua sibi notū fuerit q̄ talis artifex contrafaceret uel contrafeciſſet ipſum de matricula abolere & eleuare ſub pœna decē lib. deñ ſi cōtrafecerit. Si uero dictæ aliæ perſonæ ſolite præſtare exercitia uel miniſteria ſupradicta illa operari noluerint & alicui perſonæ petenti ſubuenire recuſarent pro uice qualibet pœnā uigintiquinq; librarū deñ incurrant de facto p̄ poteſtatē auferēdā & ad p̄ſtationē dicti miniſteriī cōpellatur ad petitionē cuiuſcunq; petentis, & in quolibet dictorū casuū uidelicet q̄ artifices dictas eorū artes nō exerceant, & q̄ ſuæ artificiū artis negent petentibus, & prædicti alii eorū miniſteriū nō exerceant uel recuſent, ut dictū eſt ſufficiat dictum illius perſonæ quæ prædicta uel aliquod prædictorū aliquo modo ſibi fieri peteretur cū ſuo iuramento, & p̄batione unius teſtis de ueritate & habeatur pro plena & legitima in quolibet dictorū caſuū. Item cum multæ querelæ fiant per ciues Spoletanos, & comitatēſes de ſuperfluis grauaminibus eis illatis per dictos artifices, & alias perſonas & dicta exercitia & miniſteria preſtantes in eo maxime quod dicitur. quod ita ultra debitum, & ſolita prætia accipiunt pro ipſorum artificiis, & miniſteriis quod homines dictæ ciuitatis & comitatus ſubſtinere nō poſſunt, ſtatuere ideo q̄ oēs & ſinguli artifices dictæ ciuitatis comitat⁹ & diſtrictus. & aliæ p̄ſonæ ſua exercitia & miniſteria p̄ſtātes, & facientes p̄ dictis artificiis operibus & miniſteriis ac exercitiis, in quolibet caſu tantū quātū accipiebāt & accipere ſoliti erāt a Klendis Martii p̄xime ultra & antea accipiāt & nō plus ullo modo, & qui contrafecerit uice qualibet centum ſolidorū denariorū pœnā incurrat quæ ſolui debeat in pecunia numerata, & ſine aliqua excōputatione apodiſſarū de facto per poteſtatem uel alterum officialē, & quilibet ualeat eſſe accuſator & habeat medietatē dicti banni & in prædictis & quolibet prædictorū, & quantū conſueuit accipi ante dictas chalendas Martii per huiuſmodi artifices & miniſteria facientes, de opere uel miniſterio, de quo tractaretur uel accuſaretur aliquis prædictorū ſufficiat dictū accuſantis uel indebite ſoluentis pro prædictis uel aliquo prædictorū, ut dictū eſt cum eorū uel alterius eorum iuramento. & p̄batione unius teſtis & habeatur pro plena & legitima probatione in quolibet caſuum prædictorum.

Contra incendiarios, & ignem mittentes in domo. Cap̄. CXIX.

INCENDIARIOS qui omnia crimina enormia nituntur cōmittere pœna debita puniendos uoluerunt prædicti dñi ſtatutarii ordinantes q̄ quicunq; ignē immiſerit in aliquam domū habitatā perſonaliter uel per aliquam perſonā, & tunc eam cōbuſſerit uel ſi per eū non ſteterit quo minus ipſam cōbuſſiſſet igne cōcremetur, ita q̄ moriatur. Si uero caſu fortuito, qui etiam quādoq; prudentibus accidit, incendium oriri cōtigerit, & propterea domus habitata cōbuſta fuerit in quinquaginta libris denariorū uice qualibet cōdemnet, & plus arbitrio poteſtatis cōſiderata iuxta ſui cōſcientiā cōditione perſonæ, & qualitate & euentu caſus p̄dicti. Si uero ex propoſito domū inhabitatā aliquis igne cōbuſſerit in quingentis libris denariorū uice qualibet cōdemnet quas ſi nō ſoluerit infra decē dies a die latæ ſententiæ numerandos manus dextra ſibi a bracchio amputet. Si uero caſu euenerit in uigintiquinq; libris denariorū, & plus arbitrio poteſtatis cōſiderata qualitate delicti & perſonæ. Si aūt ex propoſito cappannā, tempore quo p̄ſona ibi habitat, aliquis igne arſerit uel ignē imiſerit, & per eū nō ſteterit qno minus cōbuſta fuiſſet in quingentis libris denariorū uice qualibet cōdemnet quas ſi nō ſoluerit infra decem dies a die latæ ſententiæ numerandos manus dextra ſibi a bracchio amputet. Si caſu aliquis prædicta cōmiſerit in cappanna habitata in uiginti quinq; libris denariorū cōdemnet. Si uero in nō habitata in decem libris denariorū, & plus infraſcriptis duobus caſibus arbitrio poteſtatis cōſiderata qualitate delicti, & perſonæ. Si uero palearū mapale ſiue quid ſimile ex propoſito in alterius iniuriā aliquis igne cōbuſſerit in uiginti quinq; libris denariorū uice qualibet cōdemnet. Si caſu in centū ſolidis denariorū cōdēnet, & in quolibet ſupradictorū caſuū cōmittens p̄dicta maleficia teneat damnū paſſo omne damnū, & intereſſe integre reſarcire. Si uero aliquis aliquā metā ſeu barcā grani ſtudioſe cōbuſſerit uel ignem immiſerit ſi de die in ducentū libris, ſi autem de nocte in quatringentis puniatur & damnū nihilominus emendet patienti, ut ſupra, & in quolibet caſuum prædictorū pœna duplicetur de nocte

Qualiter

Qualiter damna furta incendia uaſta data & facta in uillis, & caſtris Spoleti, Si non inueniuntur malefactores debeant emendari. Cap. CXX.

DAMNA furta incendia & uaſta quæ darentur, & fierent in uillis, & caſtris comitatus & diſtrictus Spoleti emendentur per uillam uel caſtrũ ubi poſſeſſio in qua damnũ datũ eſſet eſt poſita ſiue ſita. uidelicet Si malefactor hmõi nõ poterit inueniri talis q ſit de iuriſdictione cõis Spoleti, & qui ſe præſentare poſſit cum effectu pro ipſo damno dato coram curia cõis Spoleti, uel eſſet ciuis Spoletanus, uel comitatẽſis ſoluẽdo, & effectualiter cogi poſſit ad ſoluẽdum, & ſatisfaciẽdũ de ipſo damno dato. Si uero dãnũ furtũ uaſtũ uel incendiũ uel aliquod ipſorum eſſet datum extra fortilitiũ uel caſtrũ, & excederet ſummã decem librarꝝ deñ, tunc ſuperaddantur ad emẽdationẽ dicti damni tres uillæ ſiue caſtra proximiores ſue proximiora illi loco ſeu poſſeſſioni ubi damnũ datũ eſſe reperiretur, & ſi in aliqua dictarũ uillarum habitaret aliquis ciuis Spoletanus ad emendationem dictorꝝ damnorꝝ, & quorũcũq; aliorꝝ teneat prout alii comitatenſes & diſtrictuales & habitatores uillarũ dictarũ uel caſtrorꝝ, dũmodo hoc intelligatur de damnis datis tẽpore quo talis ciuis habitauerit in comitatu. Si uero ſindicus alicuius uillæ uel caſtri diceret poſſeſſionẽ in qua damnũ diceret eſſe datũ nõ eſſe ſitam in ſua uilla uel caſtro tunc mittatur p ſindico caſtri uel uillæ, in quo uel qua dictus ſindicus aſſereret dictam poſſeſſionẽ eſſe & ipſis ambobus aſſignetur terminus octo dierũ ad faciendũ declarari in cuius uilla uel caſtro eſt dicta poſſeſſio, & nihilominus quilibet officialis coram quo eſſet dicta contentio cogat ipſos ſindicos caſtrorũ, & uillarũ ad ducendũ ſecum partiſeriũ ad menſurandum & menſurã ponendũ a loco in quo damnũ datum fuit directe ad primas domos ipſarũ uillarum uel caſtrorũ, & illa quæ diceretur per partiſeriũ proximior illi loco ad emendationẽ prædictã teneatur, & poſtq; conſtiterit in qua uilla uel caſtro ſit ſita dicta poſſeſſio ſi negaret per homines ipſius uillæ uel caſtri damnũ datũ eſſe tũc dñs Poteſtas, & quilibet alius officialis coram quo fieret dicta negatio cognoſcat de ipſo damno dato & eius æſtimatione ſummarie de plano ſine ſtrepitu & figura iudicii abſq; libelli oblatione, & ſalarii ſolutione, & ipſam queſtionem expediat infra quindecim dies poſtq; cõſtiterit, in qua uilla uel caſtro ſit dicta poſſeſſio in qua damnũ datũ eſſe diceretur, & dictus proceſſus fiat ſolũ contra dictũ ſindicũ uillæ uel caſtri ubi erit ſita dicta poſſeſſio, & ſententia ferenda cõtra ipſum pariat præiudicium, & etiã proſit dictis uillis proximioribus quæ ad cõtributionẽ dictorꝝ damnorꝝ datorꝝ tenerent, quẽadmodũ illi uillæ uel caſtro cuius ſindicus fuerit in iudicio contra quẽ feret ipſa ſententia, & ad probandũ dictũ damnũ fore datũ. ubicũq; ageretur de damno dato poſſint teſtificari uallarii laboratores, & omnes de familia damnum paſſi, & eius conſanguinei, & affines, & etiam ad denuntiandũ de quolibet damno dato admittatur dñs uel quaſi dñs uſufructuarius poſſeſſor ſiue emphiteota laborator cuſtos uel cõductor talis rei & eis, & cuilibet ipſorum credatur ſicut dño poſſeſſionis. Si uero de malefactore appareret, & eſſet talis qui ſubiectus eſſet curiæ Spoletanæ, & ſe præſentaret uel præſentaret per homines dictæ uillæ uel caſtri infra octo dies poſt ipſum damnum datũ coram poteſtate, & ſua curia uel eſſet ciuis Spoletanus uel comitatenſis, & eſſet ſoluendo, & effectualiter cogi poſſit ad ſoluendũ & ſatisfaciendũ de dicto damno dato dicta uilla uel caſtrũ ad pœnã aliquã nullatenus teneatur, In quolibet uero damno dato ſiue ciuiliter agatur ſiue criminaliter poſſit officialis ſuper damnis datis deputatus procedere punire & cõdẽnare ad denuntiationẽ uel accuſationẽ cuiuſlibet perſonæ legitimæ de plano ſũmarie, & ſine ſtrepitu, & figura iudicii abſq; libelli oblatione, & litis conteſtatione, & ſufficiat una citatio in damnis datis in quolibet caſu, & peremptoria habeat & ſimiliter in uno libello poſſit agi ciuiliter & criminaliter, & reus per eandẽ ſententiã poſſit cõdemnari tam ad pœnã applicandã cõi, q; etiã damnũ paſſo aliqua lege in cõtrariũ loquente nõ obſtante. Et hoc quod dictũ eſt nõ uendicet ſibi locũ in equis iumentis, & in aliis quibuſcunq; animalibus de nocte dimiſſis ſi percuterent uel macagnarentur uel occiderent uel in eis de nocte aliquod damnũ daretur ſiue malefactor inueniri poſſit ſiue nõ. Sed damnũ patiens agat tantũ modo contra malefactorem ſi poteſt reperiri, & uilla uel caſtrum ad emendationem damni eidem nullatenus teneatur.

Qualiter & qũo ſolui debeãt æſtimationes dãnorꝝ datorꝝ & bannorꝝ. Cap. CXXI.

ÆSTIMATIONES & pœnæ omnium damnorum datorum quæ ſoluendæ ueniunt per uniuerſitatẽ aliquam ſiue uillam, ſi damna data fuerint cõmiſſa per beſtias ſeu cum

bestiis emendentur & soluantur per homines uillæ qui habent & tenent bestias illius spe-
ciei cuius sunt bestiæ uel bestia quæ damnū intulerunt pro dictarū numero bestiarū. Et si dam-
num fuerit datū personaliter soluatur secundū numerū personarū. Alia uero banna & condē-
nationes quæ soluendæ erunt per aliquam uniuersitatem exigantur & soluantur per catastū, &
summā bonorū hominū dictæ uillæ uel castri pro dimidia, & pro alia fiat solutio per capita
hominum masculorū maiorū decē & octo annis dictæ uillæ uel castri, & ad oēs pœnas & emē-
das, teneantur uasalli quemadmodū homines liberi comitatus Spoleti.

Quod pater & maior de domo teneatur pro damno dato per familiam. Cap. CXXII.

PATER familias & quilibet maior in familia teneatur soluere pœnā, & emendationem damnorū datorum pro omnibus, & singulis qui erunt in eius familia dantibus aliquod dā-
nū personaliter uel cū bestiis. Quemadmodum si ipse personaliter & cum bestiis commisisset.

Quod in damno dato credatur dño usq; in certam quantitatem. Cap. CXXIII.

DOMINO possessionis & cuilibet damnum passo credatur tam de damno dato q̄ de eius æstimatione ubi aliud nō esset expressum cum iuramento de nouo præstando usq; in decem solidos denariorū, & cū uno teste usq; in centū solidos denariorū, & si dānū fuerit æsti-
mationis centum solidorū, & supra probetur legitime per duos testes.

Quod nullus possit esse procurator in damnis datis. Cap. CXXIIII.

PROCVRATOR in agendo uel defendendo pro uillis castris uel specialibus perso-
nis seu defensor in dānis datis nullus possit esse saluo q̄ bayuli seu sindici uillarum, & ca-
strorū qui sint de ipsorū uillis & castris tantū possint & debeant admitti in agendo & defendē-
do, accusando, & malefactores dando & denuntiando in damnis datis, & in prædictis sint per
sonæ legitimæ, & p̄ personis legitimis habeant. Exceptis mulieribus pupillis mentecaptis uel
legitime impeditis, & ciuibus Spoletanis, quibus & cuilibet ipsorū sit licitum procuratorē tuto
rem curatorē actorē uel sindicum in causis damnorū datorū constituere, & per se, & prædictos
agere & defendere in dictis causis. Si quis uero cōtrafecerit in prædictis uel aliquo prædictorū
in decem libris denariorum uice qualibet condemnetur. Et quod fieret per procuratorem uel
sindicum uel alium alterius nomine non teneat ipso iure.

De pœna facientis aliquem citari pro damno dato. & non comparentis in termino. Cap. CXXV.

FACIENS aliquē citari pro dāno dato, si nō comparuerit in termino citationis factæ de
ipso citato uice qualibet ipsi citato cōparenti in decē solidis denariorū cōdemnet de facto
& sine aliquo processu faciēdo, & si ulterius ipsum citari fecerit super eodē, & non cōparuerit ulte
rius cōtra ipsum nō possit aliqd dicere uel petere dicta occasione nisi solutis dictis decē solidis.

Quod Sindici uillarū nō possint denuntiare homines alterius uillæ. Cap. CXXVI.

SYNDICI & uallarii uillarū & castrorū nō possint bestias uel malefactorē alterius Villæ
accusare uel denuntiare in damnis datis, nec laboratores possessionis in qua damnū esset
datū nisi cū uno teste probauerint per aliquē prædictorū damnū de quo ipsi denuntiauerit esse
datū, & cū iuramento ipsorū de nouo præstando. Ipsi uero sindici uallarii, & quilibet ipsorum
teneant ad petitionē damni passi dare malefactorē de quolibet damno dato, & si nō dederint
postq̄ de hoc fuerint requisiti a damnum passo infra octos dies uilla uel castrum teneatur ad
emendationem dicti damni in duplum eius quod continetur in capitulo statuti de tali damno

dato

dato loquente, si debent dictum damnum emendare per singularem personam.

De pœna damnum dantis cum bestiis. Cap. CXXVII.

SI bestiæ alicuius damnum dederint in horto uinea, & uitibus uel croco soluat cõi ille cuius sunt bestiæ, laborator siue socius penes quẽ sũt dictæ bestiæ p qualibet capra hircho scrosa Porco iumento Boue Vaccha, & Asino, & pro qualibet uice (decẽ solidos denariorꝝ.) Si uero in campo seminato prato custodito sæpe silua uel saliceto pro quolibet & qualibet uice quinq; solidos denariorꝝ & p qualibet alia bestia dãnũ dante in p̃dictis locis uel aliquo ipsorꝝ p qualibet uice duodecim denñ, & p q̃libet gallina anſere anates, uel alio pullo dãnũ dante in uinea & aliis uitibus dum sunt uuæ in eis horto croco uel campo seminato pro qualibet uice sex denarios, & cuilibet sit licitum ipsos porcos, pullos, gallinas, anates. & anseres, & capras inuentas in dictis locis uel aliquo ipsorꝝ occidere sine pœna dũmõ animal restituatur dño ea die qua mortuũ fuerit uel sequẽti, & credat iuramento damnũ passi in quolibet casuũ p̃dictorꝝ tã de dãno dato q̃p de æstimatiõe usq; in decẽ solidos, q̃p ẽt de morte ipsorꝝ aialiũ tẽpore damni dati. Sit licitũ cuilibet patienti dãnũ ducere bestias sibi damnũ dantes sine pœna, & ipsas bestias retinere donec de damno quod sibi dedissent fuerit sibi plenarie satisfactũ dũmodo dño taliũ bestiarũ ipsa die nuntiet bestias quas pro ipsius damno tenebit. (Nisi ille cuius sũt bestiæ laborator siue socius custos seu pastor dictarũ bestiarũ uoluerit dare pignus sufficiens p ipso damno,) & ei & cuilibet ipsorũ accipere res quas secũ deferebat, & tenere eas donec erit ei de damno sibi illato plenarie satisfactũ, & si quis dictas bestias reacceperit uel ipsas ducenti seu ducere uolenti impedimentũ præstirerit in centũ solidis denariorũ uice qualibet cõdemnetur, quorũ centũ solidorũ dimidia sit cõmunis, & alia sit ducentis ipsas bestias seu dicentis se impeditũ dum ipsas bestias ducebat uel ducere uolebat, & de inuentione & reacceptatione & impedimento, quod diceret sibi in prædictis uel circa p̃dicta illatũ, & q̃p res acceperit dum daret damnũ stetur & credat iuramento illius cui dictæ bestiæ fuerint reacceptæ seu impedimẽtũ illatũ, uel res acceperit, & habeatur pro plena, & legitima p̃batione, & semper in quolibet casu in duplum damnum emendetur ipsum patienti.

De pœna damnum dantis in uinea. Cap. CXXVIII.

INTRANS uineam alicuius tẽpore quo sunt uuę in ea si de die in centũ solidis denñ Si de noctæ in. xxv. libris denñ. uice qualibet cõdemnet, & semper damnũ in duplũ emendet patienti. Alio uero tẽpore in medietatẽ dictæ pœnæ cõdẽnet, & dãnũ debeat emendare, & super talibus dãnis datis, accusationibus, denuntiationibus, & inquisitionibus faciendis de ipsis stetur & credat iuramẽto dñi uineæ uel eius filii nepotis carnalis seu neptis usufructuarii uel possessoris siue emphitheotæ uel cõductoris, seu eius laboratoris, seu alterius de ipsorũ familia, & cuiuslibet secreti custodis uallarii seu sindici absq; alia p̃batione tam de damno dato, q̃p etiam de æstimatione ipsius damni usq; in centũ solidos denariorũ, & talr damnũ dantes, & ipsorũ quẽlibet possint oẽs supranominati, & ipsorũ quilibet in uineis ubi reperiret aliquem intrasse capere, & expoliare rebus secũ deferentes uel deferentẽ, & ipsas res tenere usq; ad satisfactionẽ cõdignã dãni sibi dati, & ipsum ligare & in fortiã cõis ducere sine pœna, & quilibet possit accusare quemcunq; dãnũ dantẽ in aliqua uinea de die uel de nocte, & sibi credatur. & stetur iuramẽto de nouo præstãdo. & dicto unius testis & habeat dimidiã partẽ bãni. Potestas uero & eius officiales possint & debeant cõtra cõmittẽtes prædicta uel aliquod prædictorꝝ, & cõtra quoscunq; dãnũ dantes in uineis, hortis, fructibus. & aliis rebus per accusationẽ denuntiationẽ & inquisitionẽ p̃cedere, & ipsos & quẽlibet ipsorũ punire & cõdẽnare in pœnis superius declaratis, & inferius declarandis, & teneatur ipse dñs Potestas uinculo iuramenti, & pœna centũ librarꝝ deñ. mittere de nocte unũ ex Notariis suis cum illa familia quã dare uoluerint dñi Priores populi extra ciuitatẽ & rimari facere cõtra cõmittentes prædicta dãna uel aliqua ipsorum adminus semel in ebdomada de mense Iulii Augusti Septembris, & Octobris, & semel ad minus quolibet alio mense, & si dictus Notarius qui iuerit ad rimandũ pro prædictis aliquos seu aliquẽ inuenerit damnũ dare in aliqua uinea horto meta uel fructibus pendẽ-

XLIIII v

tibus teneatur, & debeat mane sequenti ipsum ligatū ducere recta uia ad Palatium Potestatis, & pœnam ei auferre, & ipsam exigere absq; prolatione alicuins sententiæ uel ꝓcessus exinde formādi, & ad manus camerarii cōis faciat deuenire, & ipsius pœnæ medietas sit cōis, & alia sit dñi Potestatis uel ipsius Notarii. Caueat tamen dictus Notarius ne de custode fiat lupus & q; famuli quos secum ducit damnum non inferant in possessione alicuius.

De pœna damnum dantis in horto campo seminato prato custodito uitibus oliuis, & aliis fructibus. Cap̄. CXXIX.

DAMNVM inferentes alicui colligendo oliuas, pira, nuces, Amigdalas, ficus, persica, fabas, cicera, uuas uel alios fructus, uel aliquē ipsoꝝ, uel aliquod dānū dans in aliquo horto si de nocte in .x. libris den̄. Si uero de die colligeret oliuas in centū solidis denariorꝝ si alios fructus colligere in quatraginta solidis den̄. uice qualibet cōdēnet', & simili pœnæ subiaceat qui amigdalas ante chalendas Augusti, fabas, uel cicera ante chalēdas Iunii, uuas ante mediū mensem Septembris, retinuerit ad uendēdū absq; licētia officialis super dānis datis. Si uero intrauerit de die hortū & in ipso dānū dederit colligēdo aliquid in quatraginta solidis den̄. uice qualibet cōdēnet', & si dānū nō dederit in uiginti solidis den̄ solū ꝑ introitu cōdēnet'. Si uero intrauerit campū seminatū si in ipso campo dānū dederit aliter q; calpistando in quinq; solidis den̄. uice qualibet cōdēnet', Et simili pœnæ subiaceat qui dānū dederit in prato custodito, & si uia esset fracta uel uasta, ita q; per ipsam nō posset cōmode iri Possit quilibet per campum transire sine pœna, & in casu quolibet prædictoꝝ possit quilibet accusare, & tertiā partē bānī hēat. Et sibi mō accusatori credat'. & dānū emēdet patiēti, ꝑut in superiori capīo est exp̄ssum.

De pœna dantis damnum in sepibus alienis. Cap̄. CXXX.

SEPEM alienam incidens, sparans, uel de ipsa ligna colligens, uel per ipsam intrans in uiginti solidis denariorum uice qualibet condemnetur.

De pœna colligentis fructus etiam suos uel uuas de nocte. Cap̄. CXXXI.

QVicunq; collegerit fructus etiā ꝑprios uel uuas de nocte, uel inuentus fuerit ipsos uel ipsas de nocte deferre in centum solidis denariorꝝ uice qualibet condemnetur & quilibet possit accusare, & credatur dicto accusatoris, & habeat dimidiam partem banni.

De pœna deferentis uuas. Cap̄. CXXXII.

DEFERENS de die aliquas uuas ante bandimentū factū de uindemiis faciendis ad ciuitatē Spoleti uel per comitatū ipsius, si de alienis, & inuentus nō fuerit dānū dare in uinea uel pergulis alicuius pro quolibet racemo in decem solidis denariorꝝ uice qualibet cōdemnetur, si de ꝑpriis ultra quatuor racemos ꝑ quolibet racemo quinq; solidis denariorꝝ uice qualibet cōdēnet', & tali deferenti tātū quatuor racemos siue inde infra credat' iuramēto q; de sua ꝑpria uinea uel cōducta uel ꝑgulis deferat, & qlibet possit accusare, & hēat dimidiā ꝑtē bānī.

De pœna incidentis arborē domesticam uel siluestrem. Cap̄. CXXXIII.

INCIDĒNS uel deuastans aliquam arborem domesticam in ciuitate Spoleti uel burghis ipsius in quinquaginta libris denariorum uice qualibet condemnetur q; si deramauerit uel aliter deuastauerit non faciens ipsam arborem omnino inutilem uel si inciderit arborē modicæ conditionis, & fructus in medietate dictæ pœnæ, & plus & minus arbitrio Potestatis puniatur Si uero in circuitu comitatu uel districtu Spoleti aliquā arborem domesticam inciderit uel deuastauerit in decem libris denariorꝝ pro qualibet arbore & uice qualibet cōdemnetur, & si dictam arborem deramauerit in medietate dictæ pœnæ condemnetur, & inter arbores fructiferas intelligantur castaneæ, & quercus etiam existentes in siluis, & pœna duplicetur de nocte & applicetur pro medietate dñis Prioribus ciuitatis Spoleti, & ꝑ alia medietate accusatori cui credatur cū iuramento, & dicto unius testis fidedigni Si uero inciderit arborē siluestrē alibi q; in silua in quadraginta solidis denariorꝝ, & si deramauerit in uiginti solidis denariorum uice qualibet condemnetur, & si in silua inciderit aliqua ligna & damnū dederit in ipsa in uiginti solidis denariorū uice qualibet condemnetur. Si autem aliquis dederit damnum cum animalibus bouinis seu caprinis in siluis nouiter incisis uel post incisionem infra decem & octo menses in

ſes in quinquaginta ſolidis denariorꝝ uice qualibet condemnetur,& pro quolibet animali bouino uel caprino,& ſi aliquis manualiter colligeret caſtaneas in poſſeſſione alicuius ſyluata, & laboratiua percutiendo,& in criſpando in arbore ultra alias pœnas ſtatutarias incidat in pœnam uiginti ſolidorum pro qualibet arbore,& qualibet uice applicanda ut ſupra,& damnū emendet duplicatum patiēti in quolibet caſu,& credatur accuſatori cū uno teſte fidedigno.

De pœna retinentis capras in certis locis prohibitis. Cap̃. CXXXIIII.

CAPRAS uel hircos unā uel plures nullus p̃ſumat hēre in ciuitate uel comitatu Spoleti intra cōfines infraſcriptos ,& a dictis cōfinib⁹ citra uſq; Spoletū uidelicet a molēdino beroyti a pōte tatarenæ a turri filiorꝝ dñi Albrici de padacio a ſācto Seuero abucianello a ſancto Gregorio de bregnano, a uilla curdigliani, a uilla ſancti Ioannis ī panaria, a uilla yciani, a uilla meggiani, a ſancto Iacobo Tiſſini largi a pænnis ſancti Victoris, a ciciano uocato a matre giuano. a uilla cerri, a roccha menardeſſa ab arcu Siluignani, a caſtro campelli,& Piſſignani per directum a quolibet dictorꝝ locorū,& qui cōtrafecerit in prædictis pro qualibet capra,& quolibet die qua ipſas retinuerit in decē ſol̃ denariorꝝ cōdēnet̃. Et nihilominus ſit licitū cuilibet inueniēti aliquā caprā ſibi dānū dantē intra dictos cōfines eā ſine pœna interficere. Poſſit aūt qui uellet lactare aliquē puerꝝ lacte caprino uel ipſum dare alicui infirmo unā caprā tenere cū licētia dñi Poteſtatis quæ ſit ſigillata ſuo ſigillo uel manu alicuius notarii ſui ſubſcripta, & p̃ſtito iuramēto per illū cui dicta licētia cōcederet̃, q; dictā caprā uelit tenere aliq̃ ex dictis cauſis & nō alia,& ſi al̃r dicta licētia daret̃ nō ualeat,& quilibet macellarius poſſit tenere unā caprā,plactādo hædos & dādo lac infirmis,& quot uoluerit de mēſe Septēbris Octobris,& Nouēbris macellandi cā dūmō q;libet ipſorꝝ faciat ipſas & quālibet ipſarꝝ cuſtodiri, q; dānū non inferat alicui aliás duplū pœnæ cōtētæ in ſtatuto quotiēs dānū fecerit capra, retinēs cōdēnet̃.

De pœna facientium foſſatū ſeu foueam prope terminos. Cap̃. CXXXV.

FOSSATVM aliquod faciēs iuxta terminos uel terminū īmiſſum ſeu īmiſſos inter poſſeſſionē ſuā,& alteri⁹ ſiue inter poſſeſſionē aliorꝝ per unū pedē in quatraginta ſolidis dēnuice qualibet cōdēnet̃,& ſil̃r nō poſſit aliqs plantare arbores iuxta ſenaitas uel terminos per duos pedes ſub pœna decem librarum & arborum auulſionis.

De pœna incidentis ligna in monteluco. Cap̃. CXXXVI.

LEVANS uel incidēs in quadā ſylua poſita in mōteluco a domo quæ fuit franciæ iannis uſq; ad carcerem fratris Leonardi, ſicut recte p̃cedit uſq; ad aqueductū uel mittēs beſtias ad paſculandū in ipſa in pœnā decē librarꝝ uice qualibet cōdēnet̃,& q;libet poſſit accuſare, & habeat dimidiā partē banni,& teneat̃ ſibi credētia & ſuo iuramēto credat̃,& nulla mulier ſiue pinzoca poſſit redire ad habitādū in carceribus burgi ſanctæ Mariæ de monte luco uel ab aqueductu aquæ uallechiæ ſupra ad pœnam decem librarū denariorꝝ.

Quod domus uel cappanna quæ eſt in cōfinibus uillarꝝ intelligatur eſſe de propinquiori uilla. Cap̃. CXXXVII.

DOMVS aliqua uel capanna quæ habitaret̃ ſi citra in cōfinibus aliquarū uillarū. ſit & eſſe intelligat̃ de illa uilla cui p̃pinquior erit mēſurādo ipſam domū uel cappannā a poſſeſſione in qua eſſet datum damnum ad ipſas proximiores domos ipſarum uillarum, & tenea tur ſubire onera,& factiones in uilla ſibi proximiori.

Quod ubicunq; ſunt uel habitant duo uel tres foculares teneantur emendare damna quæ fierent in eorum contrata. Cap̃. CXXXVIII.

VBIcunq; ſunt uel habitant duo uel tres foculares extra muros ciuitatis in circuitu Spoleti teneant̃ emendare dānū, quod fieret in eorꝝ cōtrata ꝑut quælibet uilla tenet̃,& nullus poſſit ſe excuſare pro eo q; ſit ciuis Spoletanus,& in quacūq; contrata eſſent quatuor foculares uel abinde ſupra ut Aliæ uillæ ſindicū,& oīa quæcūq; facere teneant̃ nō obſtante q; ſint ciues Spoletani,& ſint accataſtati in dicta ciuitate Spoleti,

Quod uilla ubi eſt minor numerus quatuor focularīū addatur. & pro addita habeatur proximiori uillæ habenti ultra quatuor foculares. Cap̃. CXXXVIIII.

ITEM ſtatuimus & ordinamus q; ſi aliqua uilla eſſet in comitatu Spoleti q̃ nō hēret q̃tuor foculares hītantes p̃ maiori pte anni in ipſa uilla talis uilla adiūcta ſit & itel̃at̃ maiori uillæ ꝑpinqori,& ipſam unionē hoīem utriuſq; uillæ teneant̃ & debeant facere p̃ publicū inſtrm̃,& de iꝑa unione p ipſū inſtrm̃ facere fidē ptāti ſeu uicario dictæ ciuitatis ſub pœna decē

librarum denariorum pro quolibet foculari dictarnm uillarum quæ pœna per dictū potestatem seu uicarium de facto eis auferatur, & nihilominus prædicta facere teneantur, & ad prædicta compellantur per dictum dñm Potestatem seu eius uicarium remediis oportunis, & uillæ sic unitæ habeantur, & sint pro una eademq; uilla in omnibus, & per omnia.

Quod ciues per habitationē in comitatu nō teneantur ad factionē uillæ. Cap̃. CXL.

CIVES Spoletani, & eorum familiæ quorum parētes sunt uel hactenus fuerunt ciues Spoletani, & habitatores ipsius ciuitatis possint & eis liceat habitare in comitatu cum familia & bestiis prout eis placuerit, & non obstante prædicta habitatione facta uel facienda ad factiones aliquas uillæ nullatenus teneatur statuto aliquo non obstante.

Quod homines de comitatu fructus teneantur & debeant guardare, & custodire. Cap̃. CXLI.

HABITANTES in districtu & comitatu Spoleti teneantur, & debeant guardare & custodire uillas, & castra, & passus uillarum & castrorum, ac fideliter bona fide, ita & taliter q; combustiones domorum uel damna data aliarum rerum non fiant nec fieri possint in præiudiciū hominū ciuitatis comitatus, & districtus Spoleti ad pœnā auferēdā arbitrio potestatis. & nihilominus uniuersitas uilla uel castrum, & homines ipsarum uniuersitatum uillarum & castrorum teneantur ad emendationem totius damni nisi malefactorem denuntiarent talem qui possit commode conueniri in ciuitate Spoleti, & se coram curia effectualiter præsentare.

De pœna auferentis linum uel canepam. Cap̃. CXLII.

AVFERENS linum uel canepam alicui si de die in centum solidis, si de nocte in decē libris deñ uice qualibet condemnetur, & damnum emendet duplicatum.

De confinibus uillæ egii. Cap̃. CXXXXIII.

VOLVERVNT insuper ordinantes q; confinia uillæ egii sint a crucichia mortuorum usq; ad ægium, & intus uillam prædictam astrata qua itur uersus plancianum usq; ad fontem ficchum intus uersus ægium.

De pœna retinentis ultra quatuor capras in uilla yciani. Cap̃. CXXXXIIII.

VLTRA quatuor capras profoculari in Villa yciani comitatus Spoleti nullus retinere possit uel habere ad pœnā in statuto supra posito de pœna retinentis capras declaratam & cōtentā, usq; autem in quatuor capras p̄ quolibet foculari retinere possit ibidē sine pœna.

De damnis datis quæ fierent in uilla morri. Cap̃. CXXXXV.

CVM in uilla morri comitatus Spoleti possessoribus suarū terrarū eorumq; laboratoribus damna q̄ plurima inferant, & habitatores in ea quia ciues asserant se nō obligatos ad denuntiandū malefactores dānoq; p̄dictoq; igit' præfati dñi statutarii statuerūt & ordinauerūt, q; attribuat' dicta uilla Morri uillæ sancti Clerici usq; & secūdū q; trahit uia per collē uillæ busani uersus dictā uillā sancti Clerici, & alia pars secūdū q; trahit uia ab ecclesia sanctæ Mariæ morri ad picturā heredū garitii uersus uillā Busani attribuat' dictæ uillæ Busani reliqua uero pars dictæ uillæ morri secundū q; trahit uia prædicta ad picturā p̄dictā uersus uillā cellis attribuatur, & detur dictæ uillæ cellis, & q; dictæ tres Villæ, & eaq; sindici uel massarii p partibus prædictis sibi attributis teneant' & obligati sint denuntiare malefactores dānoq; quæ fierēt in dicta uilla Morri, & ad emendationē eorūdē dānū passis prout & sicut quælibet uilla tenet' & obligata est in dānis datis in eius territorio in denuntiando & soluendo emendationē & æstimationē dictoq; dānoq; dānū passis per formā statutoq; cōis Spoleti, & q; ciues ibidē habitantes teneantur ad denuntiandū, & emendationē dictorū dānoq; datorū, & ad soluendū pœnā pro damnis datis aliquo statuto in contrarium faciente non obstante.

De officio

De officio iudicis gabellarum, & aliorū officialium in dānis datis. Cap: CXLVI.

ITEM ꝙ nullus officialis poteſtatis Spoleti poſſit nec debeat exercere niſi officiū ſuum ad quod deputatus, & deſcripttus eſt prout manu cancellarii cōmunitatis in libro reformatio/ num apparebit ſub pœna decē libraꝝ pro quolibet & qualibet uice. Itē ꝙ iudex gabellarū, & officialis dānoꝝ datorū aut alii nō poſſint nec debeant facere executionē cōtra cōdēnatos ſeu cōdemnādos in dānis datis niſi ad inſtātiā actoris & exequutio quæ fieret nō ualeat, & officia lis illā faciens incurrat ipſo facto pœnā decē libraꝝ deñ. Itē ꝙ liber præceſſoris iudicis gabel/ læ ſemper remaneat in palatio dñoꝝ Prioꝝ, ubi ſunt alii libri alioꝝ preceſſoꝝ. Ita ꝙ nō poſſit in eo aliquid addi uel minui neq; aliquis extractus cōdēnatorū in dānis datis de ipſo libro ex/ trahi niſi ad inſtantiā actorū. Item ꝙ iudex gabellarū ſeu alius officialis non poſſit grauare ali quē cōdēnatū pro dāno dato niſi ſemel tantū auferendo pignus ſufficiens cōſignādū credito/ ri ſeu actori ad cuius inſtantiá fit grauamen ſub pœna ſupraſcripta quæ cōſignatio deſcribat' iuxta cōdemnationē. Item ꝙ pro exequutionibus per eos faciendis qūocūq; nō poſſint habere niſi illud tantū quod a reformationibus in ſtatutis ciuitatis Spoleti annotatū & taxatū eſt ſub dicta pœna. Item pro caſſaturis cōdēnationū in dānis datis prædictis nō poſſint ipſi officiales aliquid percipere niſi prout determinatū eſt per formā ſtatutoꝝ & ordinamētorū cōis Spoleti ſub eadē pœna qua ſupra, Item ꝙ iudex gabellarū prædictus ſeu alii officiales nō poſſint pro cōdēnationibus latis ſeu ferendis in dānis datis cōtra aliquā uillam ſeu ſindicū alicuius uillæ grauare niſi ſindicū tātū ipſius uillæ pro unico tantum pignore, & hoc quando uilla tranſcen/ dat quatuor focularium numerū.

De officio aduocati & procuratoris in damnis datis. Cap: CXLVII.

ITEM ꝙ aduocatus & procurator cōis ex debito eorū officii & ſub pœna priuationis ſala rii eorū, teneant', & obligati ſint ſingulis diebus Dominicis ſedere apud tribunal ſalæ ma gnæ Palatii populi dñoꝝ Priorum ad minus per horam ueſpertinam, & audire omnes & ſin gulos conquerentes de iniuſtitiis quæ eis fierent per Poteſtatem Spoletinum, & eius officia les & procurare ac ſollicitare punitionē talium officialiū ac releuationē & reſtaurationē iniu ſte conquerentium prout eis oportunum & iuſtum uidebitur.

De officio Notarii maleficiorum. Cap: CXLVIII.

ITEM ꝙ officialis maleficiorum præfati poteſtatis nō poſſit pro eius labore ſeu ſcripturarū mercede aliquid percipere uel habere ab aliquo niſi prout ex forma ſtatutorum communis Spoleti & capitulorum præfati poteſtatis diſponitur.

De officio cancellarii ciuitatis Spoleti in damnis datis. Cap. CXXXXVIIII.

ITEM ꝙ Cancellarius cōmunitatis Spoleti pro caſſatura cuiuſlibet petitionis nō poſſit per cipere uel habere niſi tantum unum ſolidum, & nō plus eſto ꝙ in qualibet petitione eſſent plures condemnati. Item ꝙ præfatus cancellarius quando aliquis uellet uidere aliquā petitio nem in libro proceſſuum præfati iudicis gabellarum teneatur illam oſtendere gratis & ſine aliquo pretio, & etiam iudici gabellarum uolenti illam proſequi uel exequi. Si uero uellent ab ipſo cancellario aliquam copiā de eis poſſit accipere pro qualibet facie unum ſolidū tantum:

LIBRI SECVNDI FINIS.

IN DEI NOMINE

AMEN. INCIPIT LIBRR TERTIVS SVPER CIVILIBVS CAVSIS ET DEPENDENTIBVS AB EISDEM ET PRIMO.

De citationibus faciendis in Ciuilibus cauſis. Cap. I.

FREQ.VENS & aſſidua querela q̃plurimũ præſentium ſtatutariorũ auditũ pulſauit, ut exceptionũ & cauillationum ſubterfugia per quæ cauſę principalis cognitio plerũq; perimitur cum laboribus grauibus impedit & ſuperfluis dilatatur expenſis de medioamputarentur & ſuccideren in poſterũ, ideo ſtatutarii præfati qui uoluntarios labores appetũt, ut quies aliis præpare iurgantium controuerſias affectantes celeri ſententia terminari, cũ æquitati cõueniat, & rigori ut unicuiq; amotis litigiorum anfractibus quod ſuum eſt ſũmarie reddatur, Cũ eo tamen moderamine ut ſaltẽ ueritas rei quæ petitur nõ ſit dubia, & certa poſſit proferri ſentẽtia ſuper ea. Ex quoniã citatio litis cenſetur exordium & quodãmodo fundamentũ, Ideo eſt prouiſum quod iudex cauſarũ ciuilium ad petitionem cuiuſlibet poſtulantis per aliquem ex bayulis cõmunis Spoleti perſonaliter uel ad domum faciat reum citari ad minus una die pro altera in qua citatione exprimatur quod cõpareat hora reddẽdi iuris ſolita petenti de iuſtitia reſponſurus Qui ſi fuerit perſonaliter inuentus, & in termino aſſignato nõ comparuerit, tunc habeatur pro contumace, & cõtra eum abſq; aliqua citatione de ipſo facienda, ut inferius ſubnectetur procedi poſſit. Si uero perſonaliter nõ fuerit inuẽtus, ſed ad domũ citatus extiterit, Iterum requiratur elapſo die primi termini expenſis ipſius reiquẽ ſi perſonaliter Bayulus nõ inuenerit tam primã quã ſecundã citationem Domi ſuæ ſolitæ habitationis alicui maiori quatuordecim annis in ipſa habitãti notificet alta uoce, & ſi in ipſa Domo citationis tempore aliquis maior quatuordecim annis nõ adeſſet p̃dictas citationes alicui ꝓximiori uicino ipſius citati antedictæ ætatis Bayulus debeat notificare, qui citatus bis ad domũ ſi in terminis citationũ de ipſo factarũ uel aliquo ipſarũ nõ cõparuerit ipſo actore comparente, & rei contumaciã incuſante habeatur & ſit contumax ac ſi peremptorie, & perſonaliter requiſitus fuiſſet, & p̃dicta uendicent ſibi locũ ſi in terminis dictarũ citationũ nullus cõparuerit qui rei ſic citati alleget abſentiã uel aliud legitimũ rei impedimentũ ꝓponat, quæ ſi allegarentur, recepto iuramento quod malitioſe nõ ꝓponitur uel allegatur & actore p̃ſente uel citato iudex aſſignet ſuo arbitrio terminũ cõpetentẽ intra quẽ poſſit ipſe reus coram ipſo iudice comparere. Et ſi in dicto termino effectualiter ipſe reus nõ ueniret remaneat cõtumax, ut eſt dictum & ulterius de abſentia uel alio impedimẽto ꝓpoſitis in quauis parte iudicii dictæ cauſæ non poſſit aliquis obiicere ꝓponere uel ꝓbare. Si uero talis citandus eſſet uagabundus, & in ciuitate comitatu uel diſtrictu Spoleti nõ habitaret, & ſolitus fuerit habitare in ciuitate tũc debeat citari per unũ ex p̃couibus uel Bayulis cõmunis Spoleti ſono tube p̃miſſo, uel alta & intelligibili uoce in loco ubi ſolitus fuerat habitare, quod ſi ſolitus fuerat habitare in comitatu uel diſtrictu, tunc poſſit & debeat citari in loco conſuetæ habitationis per unũ ex Bayulis dicti cõmunis alioquin ſi in ciuitate comitatu uel diſtrictu eo anno talis reus habitare nõ fuerat ſolitus, ſufficiat ad bancũ iuris dicti cõmunis ſono tubæ præmiſſo uel alta & intelligibili uoce per aliquẽ præconẽ ſeu aliquem Bayulũ dicti cõmunis eum citari, Ita tamen quod in quolibet caſuũ prædictorũ dictæ citationes fiant ſaltẽ bis diuerſis diebus cum interuallo duorũ dierũ inter unam citationẽ & alterã, & quæ ſuperius dicta ſunt intelligant in citationibus faciendis ante litẽ cõ-

XLVII v

testatam & in principio litis. In aliis uero actis causæ quæ sequentur semper sufficiat unica citatio facta personaliter uel ad domum ubi solitus erat habitare uel ad bancum iuris ut superius est distinctum, & tam in reo locum habeat, q̃ etiam in actore.

Qualiter procedatur contra reum contumacem. Cap. II.

REO quidē ut supra citato & cōtumace, & actore in termino citatiōis uel citationū factæ & factaꝫ de ipso cōpareēte, & eius cōtumaciā incusante, possit ipse actor q̃cūq; uoluerit infra decē dies utiles post dictā cōtumaciā petere cōtra ipsum reū cōtumacē procedi, & tūc exhibita per ipsum petitione in scriptis uel uerbo in actis redacta. Siquidē egerit personali detur & assignet sibi tenuta dupli mobiliū, & tripli imobiliū rerū talis debitoris p̄stito ante per ipsū actorē iuramento quod nō animo calūniæ petit cōtra debitorē, & in p̄nunciatione tenute decē dierū tali reo absenti in ipsius absentia terminus assignet ad recolligēdū dictā tenutā absq; alia qua alia citatione facienda de ipso reo, & talis terminus die qua dabit uel sequenti notificet eidē personaliter uel ad domū per tubā, uel alta uoce ad locū cōsuetæ habitationis uel ad bancū iuris cuilibet in suo casu ut in primo capso superius cōtinet. Quod si reus in termino dictorum decē dierū cōparuerit & idonee ipsi actori satisfecerit de iudicio sisti & iudicatū soluendo, ac eidē refecerit oēs expensas per actorē in dicta causa factas dictam tenutā recuperet, & ex integro in dicta cā p̄cedat remanente peremptoria citatione uigore cuius fuerit p̄cessum ad dationem tenutæ in eo statu quo fuit die factæ citationis p̄dictæ. Si uero in dicto decē dierū termino reus nō cōparuerit satisfacturus & satisfacturus expensas ut supra dictū est, & actor fidē fecerit in dicto termino iudici per publicū instrumentū uel per apocā manu p̄pria debitoris scriptam trino teste subscriptā, uel per testes de debito & quātitate petita, quā quidē possit eidē facere sūmarie absq; aliqua citatione facienda de reo, tunc iterū fiat citatio de ipso cū termino quinq; dierū currentiū intra quē dictā tenutā recolligat & actori satisfaciat de quantitate petita & expensis Et si creditori satisfecerit de ipsa quantitate & expensis fiat ipsi quietatio per actorē de prædictis & res datæ in tenutam actori ad ipsum reū redeant pleno iure alʒ si fides facta non fuerit de quantitate petita nō obstante assignatiōe termini decē dierū possit reus intra mēsem dictam tenutā recuperare p̄ut sibi intra dictos decē dies liceret. Si aūt in dicto termino quinq; dierū nō cōparuerit, tunc ipsa tenuta uendi possit de licentia tantū dicti iudicis præmissis tribus bannimentis diuersis diebus faciendis de uēditione ipsius tenutæ in quibus terminis plus offerenti uendatur. si offeretur quod uidebit iustum & cōueniens precium iudici, alʒ eidem creditori in solutū detur pro quantitate debita & tertio pluri & expensis secundū æstimationē faciendā de dicta tenuta cum iuramento per duos ex uicinis rei stabilis. Si de ipsa re dicta tenuta fuerit assignata alʒ si fuerit mobilis per duos bonos homines electos ad prædicta per iudicem coram quo dicta causa & tenutæ adiudicatio postulat, quæ æstimatio & iuramentū præstādū super ipsa in actis causæ inserat. Cæterū si cōtra cōtumacem secūda uice post extromissionem siue reuocationē primæ tenutæ fuerit data tenuta eo casu ipse reus recuperare non possit dicto mō nisi postq̃ ipsa causa fuerit cognita & finita. Si uero ægerit reali in rei petitæ possessionem actor imittat ex primo decreto facta ut supra notificatione tali reo cōtumaci ipsius tenute assignatæ. & dato sibi termino quindecim dierū in assignatiōe ipsius tenutæ infra quos possit dictus reus dictā tenutā recuperare satisfacto prius de expensis actori & satisdato idonee secūdū formam iuris intra quem terminū si nō cōparuerit facta fide iudici per instrumentū seu apocā uel per testes de re petita ut supra in actione personali est expressum ipsi actori ex secūdo decreto dicta tenuta per iudicem assignetur quotiens per dictū actorē post lapsum dicti termini peteretur, alʒ dicta fide nō facta modo præmisso nō obstante termino supradicto liceat eidem possessionem recuperare intra duos mēses quēadmodū posset & sibi liceret intra quindecim dies supradictos, cæterū si cōtra contumacē in reali fuerit data tenuta post extromissionē primæ, eo casu nō possit ipsam recuperare dicto termino uel modo, nisi postq̃ dicta causa fuerit cognita, & per sententia in fauorem dicti rei terminata. Et omnes termini prædicti intelligantur, & sint currentes.

De modo

De modo & ordine tenendo in cauſis ciuilibus non excedentibus quindecim ffloꝝ Reo comparente. Cap. III.

COMPARENTE Reo in iudicio in termino citationis factæ de ipſo, & oblata petitione cõtra ipſum ſi quantitatẽ cõtinuerit ffloꝝ quindecim uel ab inde infra, ſi a maiori quãtitate nõ dependeat uel annualẽ præſtationẽ nõ cõtineat, uel maiori quãtitati ſeu rei prejudiciũ nõ generet, uel res in ea cõtenta quindecim florenoꝝ æſtimationẽ nõ excederet, legitimatis perſonis actoris & rei, ipſi petitioni ſi erit de facto ꝑprio dicti rei ꝑmiſſo, uel ſtipulato ꝑ eũ ipſius habita copia, uel eidẽ lecta, & expoſita in uulgari per notariũ dictæ cauſæ teneat ipſe reus ante quã recedat a bancha rñdere ipſã cõfitendo uel negãdo, uel in partẽ cõfitẽdo, & in partẽ negãdo, & ſi cõfeſſus fuerit ei ſtatim fiat præceptũ quod intra decẽ dies currẽtes ad plus actori ſoluat uel reſtituat quod fuerit cõfeſſus dũmõ nõ excedat ſũmã quindecim ffloꝝ, quod ſi nõ fecerit realr & perſonalr cogi poſſit ad ſoluendũ, abſq; aliqua alia citatione de reo faciẽda uel ad reſtituendũ, ſecundũ mandatũ ſibi factũ creditori uel actori, & nihilominus in .x. lib. deñ. ſi petierit actor uel creditor, pro mãdato ſpreto cõdemnet. Et hoc locũ habeat in quolibet cõfitente in totũ uel in partẽ rẽ petitã. Et ſi reus cõparuerit & negauerit in totũ uel partẽ, tũc in dicta cauſa ꝓcedat ſũmarie de plano ſine ſtrepitu & figura iudicii ac ſola facti ueritate inſpecta, reiectis quibuſcũq; exceptionibus & oppoſitionibus & qnomodocũq; placuerit iudici corã quo queſtio uentilabit, ita quod ipſam expediat intra decẽ dies utiles, a die reſponſionis factæ petitioni per reũ cõputãdos abſq; libelli oblatione litis cõteſtatione iuramẽto calũniæ ſententia in ſcriptis ferẽda Et oĩ iuris ſubſtantialitate & ſolẽnitate omiſſis & prætermiſſis, & a ſententia uel præcepto exinde ferẽdo, ex quo apparebit per inſtrm̃, uel per apocã manu ꝓpria debitoris ſcriptã & trino teſte ſubſcriptã, uel per teſtes, uel per cõfeſſionẽ rei rem petitã fieri debere actori, & a quolibet alio articulo emergẽti uel incidenti in dicta cauſa nõ poſſit appellari, proclamari uel de nullitate opponi agi uel excipi, nec etiã ſapiens uel cõſilium ſapientis peti, nec officium iudicis implorari, nec etiam ſupplicari. Et ſi quid de ꝑdictis fieret nõ ualeat ipſo iure nõ cõſtãte iure cõmuni uel cõſtitutione aliqua in cõtrariũ quod uoluerũt ſtatuentes ſibi locum uendicare uſq; ad quantitatẽ .xxy. lib ab inde uero ſupra uſq; ad quãtitatẽ .lxxy. lib. inclu ſiue liceat appellare ſemel tantũ & ſi contingat primam ſententiam confirmari tunc uendicet ſibi locum præſens ſtatutum in omnibus & per omnia, & qui contrafecerit in prædictis uel alĩ quo prædictoꝝ, & iudex qui appellationi deferret uel petitioni cõſilii talis ſapientis ſeu ipſam appellationẽ exceptionẽ nullitatis, uel actorem ſeu petitionẽ ſapientis admitteret, uel ipſam quæſtionẽ prædicto tempore nõ expediret in .xxy. lib. deñ. uice qualibet cõdemnet, & ad dictã pœnam teneatur procurator uel alius qui alterius nomine cõtrafecerit in aliquo prædictoꝝ.

Quod queſtiones & cauſæ ciuiles intra ſex menſes currentes terminentur, & de mõ excipiendi & ſuper exceptionibus procedendi. Cap. IIII.

LIBELLO ſeu petitione exhibita in iudicio per actorẽ ſi Reus oppoſuerit cõtra ipſam aliquas exceptiones præter infraſcriptas, iudex coram quo fiet ipſarũ oppoſitio admittat eas ſi & inquantũ de iure tenet & debet & alr nõ reſeruatis iuribus ipſaꝝ exceptionũ & eaꝝ uirtute efficacia & ꝓbatione poſt litẽ cõteſtatã, & ita ſe habeat diligenter dictus iudex quod niſi manifeſte appareret ineptitudo libelli ſeu petitionis litẽ ſuper ipſo infra quintam diẽ a die exhibitionis libelli uel petitionis excluſiue faciat cõteſtari ubi ueniret cõteſtanda ſi cauſa fuerit talis in qua de iure lis debeat cõteſtari alſ faciet ipſi petitioni uel libello reſpondere & nulla exceptio dilatoria uel peremptoria uel alteri⁹ generis ipediat uel retardet litis cõteſtationẽ ſiue reſponſionẽ faciendã ſuper petitione niſi cõtra perſonam opponeret quæquidẽ infra dictos .v. dies diſcuti debeat & probari, uel niſi opponeret rei iudicate uel ſolutionis exceptio, quam intra præfatũ terminũ debeat & poſſit ꝓbari per inſtrm̃ publicũ tantũ uel partis confeſſionẽ, & deinde terminus utriq; parti aſſignet decẽ dierũ utiliũ & peremptorie poſt litẽ cõteſtatam uel reſponſionẽ factam petitioni ſiue libello inantea numerandoꝝ ipſa die minime cõputata ad ꝓbandũ in ipſa cauſa de ipſoꝝ iure. Qui terminus ẽt ſi nõ fuerit aſſignatus per iudicẽ anthoritate & fictione præſentis ſtatuti habeat ꝓ dato & aſſignato tam actori quam reo, & non poſſit

XLVIII

minui neq; progari per secūdā dilationē per iudicē dandā, nisi de uolūtate ipsaq; ambaq; partiū, exceptis causis reuocationū & extromissionū tenutæ, & aliis in quibus pōt sūmarie ꝓcedi de iure uel ex forma statutorū, in quibus arbitrio iudicis terminus assignet dūmō excedere nō possit terminū supradictū; Et sīl mō quilibet iudex oēs & singulas exceptiones & replicatiōes corā se oppositas admittat sub hac cōditiōe & forma uidelicet si & inquātū recipi debeant & admitti & alr nō. Et talis iudex ita se habeat diligēter quod causas ciuiles & quālibet ipsaq; ubi maius tēpus p̄fixū nō sit intra sex mēses cōtinuos faciat per sniam terminari, nisi de consensu ambaq; partiū fuerit terminus ꝓgatus, uel steterit per utrāq; partē, & si negligēs fuerit in. l. lib. deñ. uice qualibet cōdemnetur. Et talis instantia iudicii non ꝓpterea pereat usq; ad trien/nium, a die litis cōtestationis numerandum.

Quod recusans ius iurandum a parte delatū habeatur ꝓ cōfesso. Cap̄. V.

PETENS aliquā rē in iudicio cuiuscūq; cōditiōis & ualoris existat & iuramētū deferens super re petita reo suscipiat in se reus dictū iuramentū sibi delatū uel ipsum referat actori alr habeat ꝓ cōfesso de oībus super quibus eidē iuramētū defert. Et ac si esset per sniam cōdē nat⁹ possit & ualeat fieri executio cōtra ipsū. Quod si actor iuramentū quod sibi defert super re quā petiit uel deferet eidē per ipsum reū nō subiret a cōtentis in sua petitione, & super qb⁹ delatū uel relatū fuerit sibi iuramētū sit & habeat reus absolutus, ac si ꝓ diffinitiuā sniam fuis/set absolutus a p̄dictis. Sit tantū saluū actori nō obstante dicto iuramēto reprobare iuramētū delatū ipsi reo & p̄stitū per eundē infra quintā diē post iuramentū p̄stitū ꝓbando rē petitā su per qua delatū & p̄stitū fuit iuramētū sibi debitā per instrm̄ uel per apocā manu ꝓpria debito ris scriptā & trino teste subscriptā, uel testes uel alium modū legitimū ꝓbatiōis. Et hoc ꝓbato sūmarie de plano absq; alia ꝓbatione litis cōtestatione, uel alia substantialitate uel ordine iu/ris cōdēnet dictus Reus ad dandū & restituēdū ipsi actori rem petitā, & nihilominus in lib. l. deñ. quia iurauit quod nō debuit cōdemnet Et ecōtra possit reus de actore, & idē in oībus ob/seruetur, & a tali cōdēnatione uel absolutione & ꝓcessu super p̄dictis facto nō possit nec ualeat appellari, uel de nullitate agi uel opponi, nec supplicari, aut iudicis officiū implorari, & si qd in cōtrariū actū uel impetratū fuerit nō ualeat ipso iure ad fauorem & cōmodū cōtrarium fa/cientis uel attentantis Et in quolibet casu uictus uictori in expressis legitimis cōdemnetur.

De salario seu capitibus solidorū soluendorum in ciuilibus. Cap̄. VI.

SALARIVM Cameræ seu capita solidorū soluēdoq; in primis causis ciuilibus corā or/dinario possint & debeant quandocūq; ante sniam seu relaxationē litterarū executorialiū solui camerario apl̄ico per quēcūq; & qd solutio huiusmodi ualeat & teneat, cōtrariis nō ob/stantibus qbuscūq;. Salarium aūt sit pro qualibet libra quantitatis petitæ uel æstimationis rei petitę sex deñ. Quod salariū quantacūq; sit quantitas quæ petitur non possit excedere bonone nos uigintiquatuor in principali causa uel appellationis.

Quod hñs patrem hoc ꝓponat ante litem cōtestatam & q; ualeat iudiciū habitum cum filiofamilias uel alio maiore. Cap̄. VII.

FILIVSfamilias cōuentus in iudicio añ litis cōtestationem ubi lis cōtestabit uel añ actū qui sequt ipsam litis cōtestationē ubi lis nō cōtestaret alleget uel ꝓponat se patrē hēre uel a suo aduersario proponat, alioqn ualeat ꝓcessus factus & snia lata cōtra talem. Et si allega/ret uel ꝓponeret talis exceptio añ litē cōtestatam uel actū qui ex sui natura ipsam sequit com pellatur pater ad cōsentiendum ipsi iudici & ꝓcessui. Et q̄uis cōsentiat tñ nō cogat ad soluen dum nec fiat executio in bonis eius. Et nihilominus ualeat iudiciuū si pater expresse uel tacite recusauerit cōsentire. Insuper maiores. xxiiii. annis per se & ꝓcuratores ab eis cōstitutos, & ut ꝓcuratores alterius possint in iudicio stare & ipsum in agendo & defendendo exercere absq; consensu curatoris uel patris, Et ualeat iudicium factum cum eis pleno iure.

De feriis in causis ciuilibus. Cap̄. VIII.

CVM iudicialis ordo diebus debeat cōquiescere feriatis, ideo per supradictos dños statuta rios est hac lege prouisum, quod ad honorē & reuerentiā oipotentis dei, & Beatæ Mariæ uirginis matris eius & oium sanctoq; & sanctaq; cælestis curiæ dies infrascripti qui sequnt sint & esse debeant in oībus causis ciuilibus feriati, & de iudicioq; terminis detrahant, nili aliud ex forma alicuius statuti caueret uidelicet oēs dies Dñicales, Natiuitatis Dñi. N. Iesu Christi, cū octo p̄cedētibus & octo sequētib⁹, Epiphaniæ, sancti Pontiani, sancti Antonii, sanctæ Abundā

tiæ sancti

tiæ ſancti Sebaſtiani, Præſentationis Virginis feſtiuitatis oium ſanctoꝝ Apłoꝝ & Euãgeliſta rũ, Dies cineris cũ duobus p̃cedẽtibus oẽs dies Veneris mẽſis Martii, ſancti Ioſephi, Annũtiationis Virginis cũ uno p̃cedẽti, Reſurrectionis dñi noſtri Ieſu Chriſti cũ ſeptẽ p̃cedẽtibus & ſeptẽ ſequẽtibus, Sancti Petri Martyris, Sanctæ Crucis de menſe Maii, Sancti Angeli de menſe Septẽbris, dierũ Rogationũ triũ, Aſcẽſionis dñi dierũ Penthecoſtes cũ duobus ſequẽtibus corporis Chriſti cũ die p̃cedẽti Sancti Antoni de Padua Natiuitatis Ioãnis Baptiſtæ, Viſitationis uirgis, ſan. Mariæ Mannæ auri ſalutis ſub die. xiii. Iulii, ſan. Mariæ Magdalenę ſcṫõꝝ Iacobi & Chriſtophori, ſanctæ Annæ, ſancti Petri ad uincula, ſanctæ Mariæ de niue, ſancti Laurẽtii, Aſſumptionis Virginis cũ uno p̃cedẽti & uno ſequẽti, ſancti Rocchi, Cõſecrationis eccłiæ Spoletine, Natiuitatis Virginis, ſancti Hieronymi ſancti Franciſci, ſcti Barattalis, Feſtiuitatis oium ſctõꝝ Cõmemoratiõis mortuorũ ſcti Martini, Dedicationis apłorũ, ſcti Ioãnis archiep̃i Spoletini Purificationis Virginis ſanctæ Chaterinæ, ſcti Nicolai, ſcti Ambroſii, Cõceptionis Virginis, ſanctæ Luciæ, Dierũ qbus ibitur in exercitũ ex mãdato. S. D. N. Papæ ſeu decreto cõis Spoleti, Dierũ iudicũ infirmitatis uel abſentiæ, oium Dierũ Sabbati ꝓpter mercati occupationes, & totius menſis Iulii ꝓpter meſſes, & totius menſis Octobris ꝓpter uindemias, Dierum cõgregationis ſeu Celebrationis cõſilii uel generalis arenghæ omnium dierum extractionum dñoꝝ Prioꝝ & dieꝝ eorũ introhitus. Statuãtes inſuper quod per magnificos. D. Priores ppłi, uel per aliquẽ ciuiũ cetũ, quẽ numerũ. Vocãt ẽt per cõſiliũ uel arẽghã Creatũ nullo mõ poſſint aliquæ indici feriæ, ẽt unius diei niſi per cõſiliũ gñale fuerit p̃ordinatũ, & ſi ſecus fieri cõtingat ipſis indictis feriis nõ obſtãtibus iudices ad ius reddẽdũ poſiti debeãt ius in illis reddere. Et quicqd in illis diebus factũ, geſtũ uel terminatũ in iudicio fuerit ualeat omni iure. Quibus quidẽ feriis ut ſupra p̃ordinatis nõ poſſit. In aliquibus renuntiari etiã ſi iuramentum fuerit per renuntiantem appoſitũ. Quo caſu talis renuntiatio præſumaṫ ſimulata nõ obſtante iuramento.

Qualiter & quando teſtes, inſtrumenta, & articuli ꝓducantur & recipiantur & examinentur.

Cap. VIIII.

LICEAT utriqꝫ parti poſt publicationẽ teſtiũ, ſiue ante uſqꝫ ad ſnĩam ꝓducere inſtrumenta, Curent ẽt iudices cõis Spoleti ad ciuilia deputati & ipſoꝝ qlibet teſtes ꝓ ſe ipſos examinare, uel ita agere ut alicui uel aliqb⁹ experto & expertis notariis de ciuitate uel comitatu Spoletiipſis partibus uel ipſaꝝ alteri nõ ſuſpecto ſiue ſuſpectis ipſoꝝ teſtiũ examinatio cõmittaṫ quotieſcũqꝫ per ipſas partes ſiue ꝓ aliquã ipſaꝝ id fuerit poſtulatũ, & ſi talis iudex cõtrafecerit in. x. lib. deñ. uice qualibet cõdẽneṫ. Et nihilominus totũ damnũ reficiat parti leſæ, & quod Notarii curiæ dicta & atteſtatiões teſtiũ, & quaſlibet negationes cõfeſſiones & rñſiones factas ſuper poſitionibus qbuſcũqꝫ ſiue interogationibus diligẽter ac fideł r ſcribere teneanṫ. Et ipſas atteſtationes, & dicta nemini ꝓpalare añ quã per iudicẽ fuerint publicata. Et quod qñ uiſũ fuerit iudici & expedierit ire debeãt dicti Notarii ad examinãdũ in comitatu teſtes de ipſo comitatu ꝓductos expẽſis ꝓducẽtis in cibo potu & eqtatura & oibus oportunis, & qd teſtes q in cauſis ciuilib⁹ ꝓducunṫ debeãt iurare infra terminũ datũ partib⁹ ad ꝓbãdũ niſi ſteterit ꝓ iudicẽ, uel ei⁹ Notariũ curiæ añdictũ. Quo caſu ſufficiat ꝓducẽti quod cũ inſtãtia iudicẽ uel notariũ cui examẽ fuerit cõmiſſũ reqſierit. Et quãuis infra ipſum terminũ ꝓbationis teſtes nõ fuerint examinati Nihilominus teſtes examineṅ poſtea niſi aliud ſit ordinatũ per formã alterius ſtatuti uidelicet quod infra certũ terminũ aliqd debeat ꝓbari. Quo caſu fiat examinatio ipſoꝝ teſtiũ in termino quo fieri debet ꝓbatio & nõ ultra ipſum terminũ, dũmõ infra terminũ ꝓbõnis iurauerint. Quo caſu ualeãt ipſorũ atteſtationes, ac ſi infra terminũ ꝓbõnis examinati fuiſſent, Ita tñ ꝙ dicta examinatio fiat intra terminũ aſſignatũ ad faciẽdũ eos deponere, ſi ꝙs fuerit ad id per iudicẽ ipſius cauſæ aſſ gnat⁹ & quod dicta teſtiũ in quacũqꝫ cã ciuili ẽt ſi corã arbitris ſiue arbitratorib⁹ eſſent ꝓducti pure & ſimpł r ꝓut ipſi teſtes dicta ꝓtulerint ſcribi debeãt per notariũ deputatũ ad ipſas atteſtatiões ſcribẽdũ qui notarii nõ debeãt ponere illã clauſulã uſitatam, uidelicet quod dixit uera eſſe quæ in dicto articulo cõtinentur uel ſiłia uerba, ſed ſemper teſtis interogeṫ de cã ſciẽtiæ ſup teſtificatis ꝓ eũ in quolibet caſu in quo expediẽs fuerit. Et ſi ſecus fecerit & cã fuerit ciuilis dictũ talis teſtis ipſo iure ſit nullũ, ſed examinari debeat ex ĩtegro expẽſis primi examinatoris nõ obſtante publicatiõe ipſaꝝ atteſtationũ ſeu quod termin⁹ ꝓbationis, ac ẽt depõnis ipſorũ teſtiũ fuiſſet elapſus, & qd teſtes nũq̃ examineṅ ſecũdũ interogatoriũ aſſignatũ ab aliqua partiũ niſi primo ip̃m interogatoriũ fuerit correptũ a iudice coram

XLVIIIIv

quo ipsa causa uerteret. Quo casu in ipsa examinatione ꝓcedat iuxta ipsam correptionem de-
eo factã. Et si alr examinati fuerint talis examinatio sit nulla & ex integro per eundẽ examina
torẽ suis sumptibus examinent iuxta formã ꝑdictã nõ obstante publicatione ipsaꝝ attestatio
nũ, seu lapsu termini ꝓbationis & depositionis testiũ ꝑdictoꝝ. Et nihilominus talis examina-
tor pro qnolibet teste cõtra siue ꝑter dictã formã examinato in quolibet dictoꝝ casuũ in centũ
sol. deñ puniat, Testes uero qui ꝓducti fuerint publicari nõ possint nisi elapso termino ꝓba-
tionis alteri parti statuto, & examinatis dictis testibus seu elapso termino depositionis eoꝝ Po
sitiones quoq; atq; articulos recipiant dicti iudices sub hac forma uidelicet. Saluo iure imperti-
nentiũ & nõ admittendoꝝ &c. Et succesiue ꝓcedat ut pars illis rñdeat & super ipsis positio-
nibus & articulis si opus fuerit testes examinent Et si tales positiones & articulos in processu
causæ appareret nõ fuisse admitendos siue admittendas, & esse aliquo mõ ad causam imperti-
nentes & illis responsum fuisset, Responsio tũc rñdenti nõ noceat ullo mõ, & habeat ac si nõ
fuisset responsum. Volumus tñ quod si pars ponẽs uel articulãs petierit ante rñsionẽ alterius
partis siue ante iuramẽta testiũ declarari an positiones uel articuli de iure admitti debeant iu-
dex teneat ꝑdicta añquã ulterius ꝓcedat sua interlocutoria snia declarare.

Qualiter ius reddatur inter ciues & forenses. Cap. X.

DE obligationibus quibuscũq; cõtractis inter forensem & Spoletanũ extra territoriũ Spo-
letanũ. Illud ius fiat illi forensi ciuiliꝝ agẽdo seu petendo per officiales ciuitatis Spoleti
cõtra talẽ Spoletanũ quod fieret in ciuitate uel terra talis forensis Spoletano ibi ciuiliꝝ agenti
seu petenti cõtra ipsum forensem in sili causa seu causis. Ciuibus uero & comitatensibus Spo-
leti, ac ẽt forensibus qui per qnquẽniũ cõtinuã morã traxerint cũ eorũ familiis in ciuitate uel
Quod omnia Clauata incepta in ciuitate cōpleant' uſq̄ ad exitū ciuitatis, Cap̄. XVI.

CLAVATA incepta in ciuitate cōpleantur donec exeant ciuitatē, & uiarius qui erit per tempora faciat ipſa cōpleri actari remundari, & reparari expenſis adiacentiū ad requiſitionem cuiuſcunq̄ petentis pœna .xxy. lib. & uinculo preſtiti iuramenti,

Qualiter captiui ſtantes in carceribus pertractentur. Cap̄. XVII.

CAPTIVI qui ſunt detenti & detinebuntur in poſterū in carceribus ciuitatis Spoleti ultra modū debitū nō grauentur & qui infirmi erunt ſecūdū eorū infirmitatē pertractent' & Notarius reformationū qui erit per tēpora teneat' pœna .x. lib. deñ. & uinculo iuramēti bis in menſe ad dictos carceres accedere ac uidere quomodo detenti in ipſis careeribus pertractentur, & ſi grauantur in aliquo per cuſtodes carcerū ultra debitū ac modū hactenus cōſuetū. Et quod inuenerit dñis Prioribus populi referat recta fide, per quos ſi expedierit prouideatur captiuorum grauaminibus iam illatis & in poſterum inferendis.

Quod cataſtum caſtri arroni, caſtri lacus & collis portus debeant poni in camera cōmunis Spoleti. Cap̄. XVIII.

CATASTVM Caſtri Arroni, Caſtri lacus & collis portus ponat' & eſſe debeat in camera cōis Spoleti, & ptās teneat' ipſum facere mitti & poni in camera p̄dicta. Inſuper hoīes dictorū locoꝝ teneant' & debeāt collectas ſoluere ſicut alii ciues & comitatēſes p̄dicti & ipſum cataſtū corrigat' ad modū ciuitatis p̄fatæ expēſis ipſoꝝ ſi cōſilio populi placuerit, & hoīes dictoꝝ locoꝝ tam nobiles, q̄ alii quicūq̄ perpetuis futuris tēporibus ad ponēdū & deſcribi faciēdū ſuas res & poſſeſſiones in cataſto cōis Spoleti & poſſint & debeant cogi & cōpelli & conſtringi, & perſonal'r ad ſoluendū dictas collectas in cōi Spoleti ſummarie & de plano, ac etiam de facto arbitrio. D. Poteſtatis &. D. Priorum populi.

Quod iudices & medici ciuitatis Spoleti nō teneant' ire in caualcatā. Cap̄. XIX.

IVDICES & medici ciuitatis Spoleti nō teneantur, nec debeant ire in exercitum uel caualcatam qui & quæ fieret per cōmune Spoleti per ſe nec per alium, nec poſſint ad p̄dicta cogi per. D. Poteſtatem uel alium officialem cōmunis Spoleti.

Quod aliqua domus uel turris non possit deuastari, uel discopriri pro collecta condemnatione aut debito.

Cap. XX.

DOMVS aliqua siue turris in ciuitate Spoleti deuastari distrui, dirui, uel discoperiri non possit in totū uel in partē pro aliquo maleficio uel excessu, uel aliqua impositione collectæ cōdēnatione debito, uel exbannimēto, hostia uero extrahi possint & portari & res mobiles talis nō soluentis usq; ad condignā satisfactionē quantitatis debitæ, & si quis contrafecerit in L. lib. deñ. uice qualibet condemnetur.

Quod ius laboratoris sit saluum.

Cap. XXI.

LABORATORI cuilibet laboranti aliquā possessionē alicuius ius suū sit saluū & partem suā fructuū recipiat ipsius possessionis quā laboraret secūdū cōuentionē seu cōsuetudinem cōtratæ ubi dicta possessio esset sita nō obstante uēditione uel alienatione largo sumpto uocabulo facta per dñm possessionis, & qui cōtra formā pñtis capituli molestaret uel inquietaret ipsum laboratorē in parte sibi cōtingēte in. x. lib. deñ. uice qualibet cōdēnet. Verum p̄dicta nō intelligant nec locū habeāt in uendente, uel aliter alienante p̄diū laboratū per se, uel inceptū laborari, in quo casu nō itelligat sibi reseruatū ius aliquod laboratoris. Et p̄dicta faciat D. Potestas obseruari uinculo iuramenti & pœna centum lib. deñ.

Quod oēs terrigenæ, & forenses soluant collectas pro bonis & possessionibus quas habent in ciuitate circuitu uel comitatu Spoleti.

Cap. XXII.

OMNES tam terrigenæ quā forenses teneant soluere collectas & datiuas & subire oēs factiones impositas & imponēdas p̄ possessionibus quas hūt in ciuitate circuitu uel comitatu Spoleti, & laboratores, coptimarii & cōductores ipsarū possessionū & cuiuslibet earū cogant de fructibus & coptimis pertinētibus dño dictæ rei collectas & datiuas & alias factiones impositas dñis ipsarū possessionū p̄ ipsis possessionibus soluere in cōi seu alii collectori & de hiis quæ soluerint occasione p̄dicta nō possint a dño dictę possessionis, uel ab alio cui tenebant coptimū & fructus restituere molestare, sed ac si soluisset dicto tali habeat authoritate pñtis statuti, & a tali molestia expēsis cōis cōseruet indēnis. Et talis ipsum molestans in centū lib. uice q̄libet cōdēnet & ptās faciat oīa & singla p̄dicta obseruari pœna c. lib. deñ & p̄stiti iuramēti.

Quod forēses accatastent in eo catastu, in quo sunt accatastati homines loci in quo habitant.

Cap. XXIII.

FORENSES habitantes in comitatu Spoleti undecūq; sint faciāt accatastari se in catasto loci in quo habitāt sicut alii comitatenses habitatores dicti loci accatastati sunt, q̄ si nō fecerint hoīes dicti loci ipsos in catasto poni faciant put sunt & oēs factiones & onera subeāt quas & quæ subeunt & faciūt hoīes dicti loci, & ad p̄dicta realr & psonalr cogi possint. Qui si habitauerint in ciuitate pro possessionibus quas emerint seu habuerint collectas in ciuitate soluere teneantur.

Quod qui habitauerit in ciuitate Spoleti a. xy. annis citra & redierit ad habitandū in uilla tanq̄ comitatensis factiones faciat in cōmuni.

Cap. XXIIII.

SI QVIS de uillis circuitus uel comitatus Spoleti uenerit ad habitandū in ciuitate a. xy. annis citra & redierit ad habitādū in aliqua uilla cū familia bestiis, & aliis massaritiis, uel habitauerit in uilla per unū mēsem uel. xxx. dies anni teneat & debeat soluere datiuas & collectas & alias factiōes facere reales & personales in ipsa uilla ut alii de uilla p̄dicta & in ipsa se faciat accatastari sub pœna. xxv. lib. deñ in quibus cōtrafaciēs denūciatus uel accusatus ab aliquo uice qualibet cōdēnet. Et nihilominus dicta pœna soluta p̄dicta oīa & singula facere teneat, & si reperiret accatastatus a. xy. annis citra in ciuitate de ipso catasto eleuet & p̄ elevato de ipso catasto penitus habeat, Insuper si quis de uillis uel castris comitatus & ibi accatastatus iuerit ad habitandū ad aliquā uillam. Nihilominus p̄ bonis p̄priis accatastatis in uilla uel castris de qua uel quo recedit collectam soluere teneat, & si castrū ad quod iuit ad habitandū esset immune ab aliis factionibus. Nihilominus factiones faciat reales & personales cōi Spoleti, ac si in uilla uel castro unde recessit personalr habitaret, & p̄dicta teneat iudex gabellæ inuestigare & executioni mandare & quos inuenerit accatastatos in ciuitate & habitauerint in comitatu ad catastum comitatus redigi faciat.

LXIII v

LXIIII v

Quod qui habitauerit in ciuitate per decennium ſcriptus in capudeciis & cuſtodiã faciens & haberet cataſtum in ciuitate & comitatu reducatur ad ciuitatem per notarios cataſtorum. Cap̃. XXV.

SI aliquis qui habitauerit cõtinue per decenniũ in ciuitate Spoleti, & habeat domũ ꝓpriam. Scriptus etiã in capudeciis & faciẽs cuſtodiã & alias factiones in dicta ciuitate ut alii ciues habitatores dictæ ciuitatis & haberet aliquas poſſeſſiones accataſtatas ſibi in cataſto ciuium dictæ ciuitatis & aliquas alias ſuas poſſeſſiones in cataſtro comitatenſium dictæ ciuitatis. Statuerunt ꝙ poſſeſſiones accataſtatæ ſibi in cataſtro comitatenſium addantur & ſcribant ſibi in cataſto quod habet in dicta ciuitate per notariũ deputatũ ſuper correctione cataſtorũ cõmunis Spoleti, & per huiuſmodi notarium dictæ poſſeſſiones caſſentur de ſuo cataſto quod haberet in caſtato comitatenſium.

Quod ciues ꝓpter habitationẽ in comitatu nõ teneant ad factiones uillæ. Cap̃. XXVI.

CIVES Spoletani & eorũ familiæ quorũ parentes ſunt, uel hactenus fuerunt ciues Spoletani poſſint & eis liceat habitare in comitatu cũ familia & beſtiis prout eis placuerit & nõ obſtante prædicta habitatione facta & facienda ad factiones aliquas uillæ nullatenus teneantur ſtatuto aliquo non obſtante.

Quod bona uxoris accataſtentur cum bonis mariti. Cap̃. XXVII.

BONA cuiuſlibet uxoris obuenienctia, uel quæ ſint uxoris quacunq; de cauſa, uel alteri obuenientia cuicunq; accataſtent & æſtimentur in bonis mariti, uel in bonis illius cui obuenirent & detrahantur de cataſto, illius cui erant primo accataſtata.

Quod non recipiatur pedagium a uenientibus cum blado, graſſia ſeu carbonibus, nec capi poſſint uigore repreſaliarum. Cap̃. XXVIII.

PEDAGIVM aliquod nõ tollatur uenientibus cũ ſalmis, uel ſine ſalmis bladi uel alterius graſſiæ ſeu carbonũ ad ciuitatẽ Spoleti, & occaſione repreſaliarꝫ cõceſſarum alicui & cõcedendarum in poſterum nõ poſſint ipſi deferentes prædicta, uel aliquod prædictorũ aliquatenus moleſtari ordinamentis gabellæ remanentibus ſemper ſaluis.

Quod qui non habet uiam unde uadat ad ſuam poſſeſſionem poſſit tam emere a proximiori. Cap̃. XXIX.

VIAM non habẽs ſeu iter quo uel qua uadat ad ſuã poſſeſſionẽ poſſit & ei licitũ ſit ipſam uel ipſum per poſſeſſionẽ ſui cõuicini eidẽ magis adiacentẽ & ſuæ poſſeſſioni ꝓpinquam pro pretio condecenti emere, & ille cuius eſt poſſeſſio per quã petitur ipſa uia teneat & debeat ſibi uendere de poſſeſſione ꝑdicta tantũ quantũ ſufficiat pro uia recepto exinde iuſto pretio facta cõſideracione deteriorationis poſſeſſionis & ualoris ipſius per quã mittit ipſa uia ſecũdum quod æſtimabitur per duos homines adiacentis unũ ab una parte & alterũ ab alia parte ponẽdos & ad petitionem petentis cogatur dñs poſſeſſionis per quã petitur uia mitti ad implendũ prædicta realr & perſonalr per D. Poteſtatẽ ciuitatis Spoleti eius arbitrii uoluntate.

Quod Poteſtas teneatur cogere ſindicos caſtrorum & uillarum ad laborandum terras. Cap̃. XXX.

SI aliquis ciuis uel comitatẽſis ciuitatis aut comitatus Spoleti cõquereret ptãti, uel alicui officiali dicti cõis ꝙ nõ inuenerit laboratorẽ, qui ſibi laboraret ſuã poſſeſſionẽ quã haberet in aliqua uilla uel caſtro circuitus uel comitatus Spoleti teneat, D. Poteſtas & quilibet alius officialis dictæ ciuitatis cogere & cogi facere bayulũ, Sindicos & homines dictæ uillæ uel caſtri in qua uel quo dicta talis poſſeſſio eſſet ſita ad laborandũ dictã poſſeſſionẽ & ipſius poſſeſſionis dño de fructibus omnibus reſpondere ſecũdũ cõſuetudiné cõtratæ & qualitate poſſeſſiõis ꝑdictæ & pœnam & bannũ imponere .xxy. lib. deñ. contrafacienti ſuo arbitrio & a tali banno & pœna quæ imponeretur alicui non poſſit appellari & de nullitate agi uel opponi & ipſius banni medietas ſit cõmunis & alia medietas dñi poſſeſſionis.

Quod quilibet

Quod quilibet tam de ciuitate comitatu uel distrĩctu Spoleti q̃ forẽsis possit apportare coramen & coria undecunq;. Cap̃. XXXI.

ET ut calciamentorum abundantia & copia habeatur possit absq; pœna tam ciuis q̃ forensis libere apportare, laborare & uendere intra ciuitatẽ Spoleti oẽ genus coriorum & coraminum conditorum & non conditorum non obstantibus aliquibus statutis cõmunis uel particularium personarum factis uel in posterum facieñ.

Quod potestas teneatur dari facere ad petitionem cuiuslibet petẽtis fideiussores de non offendendo. Cap̃. XXXII.

QVIcunq; dixerit se hẽre aliquẽ suspectũ ne ipsum offendat & petierit talẽ sibi suspectũ cogi ad dandũ sibi fideiussorẽ de nõ offendẽdo eũ, teneat D. Potestas infra octo dies post q̃ fuerit requisitus cogere talẽ ad dandum fideiussorẽ de nõ offendendo p̃dictũ qui dixerit eũ sibi suspectũ ad pœnã in statuto cõis Spoleti contentã dummodo uisum fuerit D. Potestati p̃dicta fieri debere inspecta conditione personarũ & facti qualitate &c.

Quod Palatium reficiatur in Platea Sanctæ Mariæ. Cap̃. XXXIII.

PALATIVM cõis Spoleti repareť & fiat put olim esse cõsueuit & ultra quã sit mõ factũ altieť, & eleueť per. xx. pedes & in angulo dicti palatii uersus fontẽ dictæ plateæ fiat una turris, & ut prædicta fiant & executioni mandentur teneantur. D. Priores populi tempore prioratus ipsorum expendere & expendi facere de pecunia cõmunis in operibus & laboritiis dicti palatii C. flor. auri, & si fuerint in prædictis negligentes in. c. lib. deñ pro quolibet puniatur, & hoc locum non habeat in præsenti prioratu.

Quod magistri lignaminum & lapidum non grauentur per aliquos officiales ad faciendum aliquod opus. Cap̃. XXXIIII.

MAGISTRI lignaminũ uel lapidũ quotiens expedierit per ipsos aliquid fieri nõ cõuocenť, nec grauenť sed solũ ipsarũ artiũ Capitanei, qui una cũ D. Prioribus populi delibe rent per quos fieri debeat & qui & quot magistri prædicti erũt necessarii ad faciẽdũ opus quod fieri erit oportunũ, & semper eisdẽ magistris salariũ cõpetẽs & stipendiũ per. D. Priores populi antedictos ordineť. Insuper qui uoluerit esse in aliqua dictarum artium nõ possit grauari modo aliquo per alterius artis artifices cuiuscunq;.

Quod officiales habentes equum in officio teneantur dare lætamen fratribus minoribus de Spoleto. Cap̃. XXXV.

LAETAMEN & fimus stabulorũ. D. Ptãtis iudicis appellatiõis, & cuiuscũq; alterius officialis retinẽtis equũ sit & esse debeat fratrũ minorũ de Spoleto. Et quilibet ipsorũ officialiũ faciat ipsum dictis fratribus quotiẽs uoluerint & petierint assignari & dari ad pœnã. c. lib. deñ pro quolibet qui cõtrafecerit auferendã. Insuper nulla persona emat uel gratis seu alio modo recipiat lætamen prædictum, & qui cõtrafecerit in. x. lib. deñ uice qualibet condemnetur. Et nihilominus dictum lætamen seu æstimatio ipsius ipsorum fratrum arbitrio facienda ipsis fratribus restituatur cum effectu.

Quod laboratores ciuiũ & comitatensium hũtiũ possessiões extra distrĩctũ Spoleti possint ad ciuitatẽ Spoleti uenire secure & ob aliquas represalias nõ molestenť. Cap̃ XXXVI.

LABORATORES & coptimarii possessionũ Spoletanorũ ciuiũ uel comitatẽsium possint uenire ad ciuitatẽ Spoleti & apportare fructus possessionũ p̃dictarũ ad domũ quorum sunt possessiones prædictæ etiã quãdocũq; eis placuerit uenire ad dñm possessionũ quas laborant & in ipsa ciuitate, comitatu & distrĩctu dictis occasionibus & qualibet ipsarũ stare, morari, & redire nõ obstãtibus represaliis cõcessis uel cõcedẽdis, quarũ occasione in dictis casibus in persona uel in rebus nõ possint molestari, grauari, uel detineri & si cõtrariũ fieret teneaťur & debeat. D. Ptãs pœna centũ lib. deñ. & uinculo præstiti iuramẽti ad petitionẽ cuiuslibet cõquerẽtis facere relaxari, & bona quæ accepta fuissent restitui ac pœnã imponere cõtrafacienti ut sibi uidetur conuenire.

De descriptis & inuentis in pluribus artibus q̃ in una. Cap̃. XXXVII.

ARTIFEX qui reperiretur scriptus in pluribus artibus uel artium matriculis eligat unam artem ex prædictis quam uelit & in alia non grauetur.

Qui eligantur uexilliferi equitum & peditum quando per cõmune Spoleti fit exercitus uel alia caualcata. Cap̃. XXXVIII.

QVANDO per cõmune Spoleti fieret exercitus, uel aliqua caualcata per. D. Priores populi eligantur duo conphalonerii, quorum unus sit uexillifer equitum & alter peditum quibus anteq̃ de ciuitate Spoleti exeant assignentur uexilla.

Quod nullus discedat ab acie siue schiera nisi fuerit deputatus. Cap̃. XXXIX.

AB Acie siue schiera ad quã quis fuerit positus, nullus equus, siue pedes quoquo mõ discedat, uel ire præsumat per aliã uiã q̃ per illã per quã uadũt banderia seu uexilla, nec alio antecedere, uel post signũ quod ei dabit̃ remouere ad pœnã arbitrio. D. Ptãtis, uel Capitanei dicti exercitus inspecta qualitate negotii & psonæ imponẽdã & de facto & sũmarie exigẽdã.

De modo & ordine tenendis per equites & pedites & quo tempore & signo se debeãt præparare. Cap̃. XXXX.

EQVITES & pedites q̃cunq; tuba pulsabitur, uel campana, trubetta uel aliquis alius sonus uel signũ deputãdũ ad primũ sonũ uel signũ se præparẽt atq; armẽt, ad secũdũ sint armati in platea fori uel ad palatiũ. D. Potestatis & uexilla eoꝝ sequant̃ ut superius cõtinet̃. Si quis uero cõtrafecerit arbitrio. D. Ptãtis puniat̃ & hoc locũ habeat intus ciuitatẽ. In reditu uero exercitus uel caualcatæ equites & pedites ordinati uexilla sequant̃ usq; ad palatiũ. D. Potestatis uel locum ubi uexilla reponuntur ad pœnam proxime supradictam &c.

Quomodo equites & pedites debeant se reducere ad uexilla. Cap̃. XLI.

AD uexilla eorũ tam equites q̃ pedites tẽpore alicuius caualcatæ uel exercitus debeãt se recolligere dato sono campanæ uel tubæ, seu alterius instrumẽti prout & sicut eis mandatũ fuerit per Capitaneos ipsorum, Et qui cõtrafecerit Ptãtis seu Capitanei arbitrio puniatur.

Quod nullus audeat tẽtoria seu tennas de exercitu eleuare sine licẽtia. Cap̃. XLII.

NVLLVS audeat uel præsumat tentoria seu tennas eleuare extendere uel in eis ignem immittere de aliquo exercitu sine licentia & expresso mãdato. D. Ptãtis uel capitanei exercitus antedicti nec quoquo modo gridare uel dicere ad casa ad casa uel sira. Et qui cõtrafecerit in. x. lib. deñ. uice qualibet puniatur, & ab inde supra usq; in. c. lib. deñ. Arbitrio. D. Potestatis uel alterius Capitanei exercitus supradicti.

Quod oẽs pedites debeant portare galeam & arma infrascripta. Cap̃. XXXXIII.

PEDITES oẽs & singuli qui erunt uel ibunt in aliquẽ exercitũ uel caualcatã portent & habeãt galeã, rotellam, lanceam, partisanam, bipẽnem, balistam, seu archibusium ad pœnam. xx. sol. denariorum.

Quod. D. Ptãs & Capitaneus belli possint banna & pœnas, imponere sũmarie & de plano cõtra inobedientes in exercitu uel alia caualcata. Cap̃. XXXXIIII.

DOMINI Potestas & Capitaneus belli & ipsorum uterq; possint pœnas & banna imponere quæ in ordinamẽtis belli continebuntur uel ex forma pñtis statuti cõtinent̃ uel cõtra inobeeientes imponere & de facto exigere sũmarie & de plano & ab eis in hoc appellari nõ possit uel contra ipsorum mandata & sententias contra ipsos inobedientes latas de nullitate agi uel opponi, & in exercitu uel caualcata delinquens puniatur in duplo. Illius quo ueniret puniendus, si in aliquo alio loco uel tempore deliquisset.

Quod nullus possit facere caualcatã sine licẽtia D. Ptãtis, uel capitanei. Cap̃. XLV.

CAVALCATAM aliquã sine licentia. D. Ptãtis, Capitanei belli, uel. D. Prioꝝ populi ad pœnã. c. lib. deñ. ac etiam pluris arbitrio. D. potestatis & Capitanei belli uel dominorum Priorum nullus facere possit.

Quod per cõe Spoleti habeat̃ manescalcus q̃ uadit in exercitu. Cap̃. XLVI.

MANESCALCVS habeatur per cõe Spoleti qui cõtinue equitet cũ exercitu & in ipso permaneat continue cum ferris clauis & aliis oportunis & rebus necessariis pro equis.

De aptatione & manutentione stratarum ciuitatis Spoleti. Cap̃. XLVII.

STATVENTES uoluerunt & ordinauerũt quod. D. Priores qui fuerint extracti de mẽse Martii & Aprilis debeant ac teneant̃ sub pœna. L. lib deñ. eligere quatuor ciues qui habeant authoritatẽ & curã super reaptatione & manutentione stratarũ & uiarũ Ciuitatis Spoleti, qui ẽt hẽant authoritatẽ p̃cipiendi qbus cũq; ciuibus habeuntibus eoꝝ domos ꝑpe stratas & uias publicas & uicinales sub pœna. xxy. lib. deñ. de facto auferenda pro quolibet & qualibet

uice quæ

uice quæ pœna applicata ſit & intelligatur cõi Spoleti &.D.Prioribus ꝑ dimidia & ꝑ alia dimidia ipſis ciuibus Ac etiã uoluerunt ꝙ poſtq̃ ſtratæ & uiæ prædictæ tam publicæ q̃ uicinales fuerint reaptatæ & in eſſe ſuo deductæ quilibet ciuis habens domũ prope dictas ſtratas ſeu uias prout domus ſe prætẽdit reaptare & manutenere teneat & debeat ſub dicta pœna ad omnem requiſitionem & iuſſum præfatorum ciuium applicanda ut ſupra.

Quod non uendatur aliqua gabella ultra annum, nec aliqua res ſeu poſſeſſio loca ri poſſit.

Cap. XLVIII.

ALIQVA gabella cõis Spoleti ultra annũ uendi uel cõcedi, ſeu aliqua res uel poſſeſſio cõis ultra trienniũ locari nõ poſſit, nec debeat aliquo quæſito colore directe uel indirecte & qui aliter uenderet, cõcederet, uel locaret, emeret, reciperet, uel conduceret in.c.lib.deñ. uice qualibet cõdẽnet & cõtractus qui fieret ultra dictũ tẽpus, & terminũ ordinatũ nõ ualeat, nec teneat, nec per ipſum cõtrahẽti ius aliquod acquiratur. Et.D.Priores populi quo& tẽpore talis fieret cõtractus in.L.lib.deñ ꝑ quolibet cõdẽnet & in ꝑdictis nõ cõtrafaciãt uinculo iuramẽti.

Quod pedagium cõmunis non uendatur.

Cap. XLVIIII.

PEDAGIVM cõis ubicũq; colligit nõ uendat & ſi aliter fieret nõ ualeat ipſo iure, & tam emens q̃ uendens in.L.lib.deñ.cõdemnet, & introitus cuiuſlibet pedagii ſeu paſſagii in caſſa groſſa gabellæ deueniant.

Quod Tintores pannorum lanæ in tinta non mittant cinerem defece uini, nec faciant tintam cum pechis.

Cap. L.

TINTOR alicuius panni lanæ nõ imittat in tinta alicuius pãni cinerẽ de fece alicuius uini, nec aliqs tintor aliquẽ pannũ líni cũ pechis tingat, uel ipſas immittat in tintura pœna.x.lib.deñ.in qua quilibet cõtrafaciens uice qualibet cõdẽnet & ipſum poſſit qlibet accuſare & hẽat dimidiã partẽ pœnæ & ſibi cũ iuramẽto & uno teſte credat &.D.Poteſtas teneat uinculo iuramẽti & pœna.xxy.lib.deñ.mittere ꝑ tintoribus pãnoꝝ lanæ & lini & ab ipſorũ quolibet exigat iuramentum q̃ hoc capitulũ integraliter obſeruabunt.

Quod nõ teneant ſtratæ coopertæ a platea fori uſq; ad fontẽ maccabei. Cap. LI.

TENENTES apotecas in platea fori & uſq; ad fontẽ maccabei ſeu dñi domoꝝ ibidem exiſtentiũ nõ poſſint tenere uiã ſeu ſtratã dicti loci in aliqua ſui parte coopertã cũ camorcannis teſtoriis ſiue fraſchis ad pœnam.x.lib.deñ pro quolibet prædictoꝝ & miles.D.Poteſtatis teneatur quolibet menſe inquirere de prædictis.

De aqua farabulli & ionchetæ conducendæ in aquæductum cõis. Cap, LII.

AQVA farabulli & ionchetæ & quælibet alia aqua quæ commode mitti poterit in aquæductũ cõis mittantur & deriuent in aquæductũ aquæ corticcioni & D.Priores populi quierunt pro tempore uinculo iuramenti ꝛd requiſitionem uiarii faciant ſolui pecuniam neceſſariam pro opere antedicto & uiarius uinculo iuramenti & pœna.xxy.lib.ſit diligens & ſollicitus, ꝙ hic contenta faciat executioni debitæ demandari.

Quod ubicunq; per formã ſtatutorũ datur aliqua pars banni ſeu pœnæ accuſatori intelligatur de accuſatore & denunciatore Spoletano. Cap. LIII.

VBIcunq; per formã alicuius capituli ſtatutoꝝ denuncians uel accuſans recipere debet aliquã partem banni intelligatur in denunciatore Spoletano & faciente factiones perſonales in cõmuni Spoleti & in ipſo tantummodo locum habeat.

De partitis perditis nõ remittendis & palluctæ in partito quolibet numerentur.

Cap. LIIII.

QVOtienſcunq; inter.D.Priores populi tres ſuper propoſitis, tres ſuper bullectis Capitaneos artiũ conſiliarios cõſilii populi ſeu quoſcũq; alios officiales dictæ ciuitatis Spoleti aliquod partitũ mitteret ſecũdũ formã ſtatutoꝝ, & illud nõ obtineret ſeu perderet non poſſit durante tẽpore dicti Prioratus quo dictũ partitũ nõ uinceret, ulterius remitti uel ad partitũ poni aliquo quæſito colore, ſeu alia uerboꝝ forma ſi idẽ partitũ cũ primo deperdito eundẽ cõſequat effectũ, ꝙ ſi ſecus factum eſtiterit nõ ualeat quod fieret, & quilibet dictoꝝ Dñoꝝ qui tali partito iterato mittendo intereſſet ſeu aliqualiter cõſentiret in.c.lib.deñ.uice qualibet cõdẽnetur. Inſuper in quolibet partito q̃ mitteret inter ꝑdictos, ſeu quocũq; cõſilio ambaꝝ buſſularũ palluctæ numerent aliter nõ ualeat id quod uigore dicti partiti obtineret uel fieret & notarius reformationũ, niſi facta prædicta numeratione aliquid reformaret uel ſcriberet in.c.lib deñ.

uice qualibet condemnetur. Et nihilominus ſuo officio ſit priuatus ad quod in quinquennium nullatenus reaſſumatur.

Quod qui nō fuerit accataſtatus in cōi nullū poſſit habere officiū in eodē. Caꝑ LV.

QVI nō fuerit accataſtatus in cōi ciuitatis Spoleti tempore electionis quæ fieret de ipſo nō poſſit aſſumi, eligi uel recipi ad aliquod officium Prioratus Poteſtariæ caſtroꝝ uel alterius cōditionis quodcūq; ſit aliud cū ſalario uel ſine, & qui contrafecerit tam eligens nominans uel aſſumens talem nō accataſtatū & ipſe nō accataſtatus acceptans ipſum officiū uel ipſum exercens, & ipſorū quilibet in .c. lib. deñ uice qualibet cōdemnetur, & nominatio electio, aſſumptio & acceptatio & quicquid per ipſum in dicto officio ad quod eligeretur fieret nō ualeat nec teneat ullo iure Saluo q; hoc nō intelligatur in hiis quorum parentes, uel aui paterni eſſent accataſtati in cataſtro prædicto.

Quod qui non habenti bona accataſtata fiat cataſtū æſtimationis .L. lib. Caꝑ. LVI.

NON habens ad cataſtum aliquid in cōmuni nec poſſeſſiones aliquas quæ ſibi poſſint accataſtari fiat ſibi de nouo cataſtum & in quinquaginta lib. accataſtetur, Volentes etiam q; ſi aliquas poſſeſſiones haberet accataſtatas quæ non aſcenderent ad æſtimationem quinquaginta lib. Vtcunq; tamen debeat poni & accataſtari pro quinquaginta lib. computata æſtimatione lib. ſuarum poſſeſſionum, ita q; quilibet teneatur habere ad cataſtum ad minus quinquaginta lib. & hoc intelligatur de ciuibus comitatēſibus & habitantibus ciuitatis Spoleti & ſi nō fuerit accataſtatus in aliquo teneatur tamen collectas ſoluere pro quinquaginta lib.

Quod bona eccleſiaſtica empta a ſecularibus accataſtentur in ipſorum cataſtis, & econtra. Caꝑ. LVII.

QVIcunq; ciuis comitatenſis uel forenſis Ciuitatis uel diſtrictus Spoleti qui aliqua bona emiſſet emeret uel emet in poſterum ſeu alio titulo haberet ab hoſpitalibus, ſeu eccleſiis quibuſcūq; ſibi accataſtari faciat dicta bona infra duos mēſes a die publicationis pñtiū quoad poſſeſſiones emptas ſeu aliter habitas, quoad autem emēdas, ſeu quouis alio titulo ab eccleſiis habēdas infra menſem a die emptionis uel habitionis prædictæ rei ſub pœna centum ſol. quam pœnam auferri faciat de facto. D. Poteſtas uel iudex gabellæ contrafacienti. bona inſuper deuenta retroactis temporibus & quæ deuenirent in futurum ad hoſpitalia, ſeu quaſcunq; eccleſias dummodo ipſa bona & poſſeſſiones poſſideantur & detineantur per hoſpitalia & eccleſias prædictas deleantur ex cataſto cōmunis in quibus conſcripta inuenirentur & in libro ad hæc alias ordinato per notarium qui ipſum librum originaliter compoſuerit & ſcripſerit ſcribantur & non per alium, & hæc facere teneatur dictus. D. Poteſtas ad petitionem cuiuſcunq; petentis.

De confinibus uillæ ægi.

VOLVERVNT inſuper ordinantes q; confinia uillæ ægi ſint a Crocicchia morturi uſq; ad ægium inter uillam prædictam a ſtrata qua itur uerſus plancianum uſq; ad fontē ſiccum intus uerſus ægium. Caꝑ. LVIII.

Quod homines uillarum non poſſint ducere beſtias ad paſcua extra fines ſuarum uillarum. Caꝑ. LVIIII.

HOMINES uillarū comitatus Spoleti tam ciues ibi continue & familiariter habitantes q; comitatiui nō poſſint nec debeant Beſtias ad paſcua ducere extra terminos & confines ſuæ uillæ ſub pœna .x. ſol. pro quolibet contrafaciente & qualibet beſtia groſſa & quinq; ſol. p qualibet beſtia minuta & qualibet uice. Quod nō intelligatur de illis beſtiis quæ ducerentur quis iret ad laborandū extra terminos ſuæ uillæ, ut ſunt boues ad arandum & beſtiæ aſininæ uel caballinæ ad ſtercorandum uel cum quibus portarentur inſtrumēta apta ad laborandum uel alia ſibi neceſſaria pro quibus ad pœnam minime teneantur, & quilibet poſſit cōtrafacientem accuſare cum uno teſte.

Quo tempore & qualiter debeant fieri uindemiæ. Caꝑ. LX.

QVONIAM querendum & totis uiribus conandum q; fructus qui recolliguntur ſint boni, & (ut experientia compertū eſt) uuæ non dum maturæ accidum ſæpe reddunt uinum prout nimis maturæ uinum faciunt molle. uolentes igitur dicti ſtatuentes congrue prouidere ordinauerunt uindemias ante dies octo poſt medium menſem Septembris fieri non poſſe, neq;

se, neq; debere sub pœna .x. lib. den' uice qualibet condemnetur & contrafacientem possit quilibet accusare & sibi cum uno teste credatur & habeat dimidiam partem pœnæ & accusatoris nomen in secreto seruet' Prædicta tñ nō intelligāt' nec locū habeāt in circuitu in quo ꝓpter innumerabilia danna quæ fieri solent & facilius inferunt' q̄ in comitatu. Statuerūt ꝙ cicius aliquantulū uindemiari possit uidelicet statim post mediū mensem Septembris, ante quod tēpus nulli, liceat etiā in circuitu uindemiare sub pœna antedicta ut supra applicanda.

De Pretiis panis uendendi iuxta uaria pretia granī. Cap. LXI.

QVIA uarietate temporum sæpe pretia rerum uariant' quod maxime in frumentis cōtingere solet & ut in posterum secundū quemcunq; grani ualorem quandocūq; contingentem, certa quædā taxa pani uendendo imponatur ad rationē dumtaxat centum triginta lib. p qualibet cuppa grani cū maioris ponderis modernis tēporibus ob augumentum mensuræ reperiantur. Ad computationem dicti ponderis centum triginta lib. Statuerunt & ordinauerunt ꝙ pistores & uenalem panem facientes in posterum in ciuitate circuitu uel comitatu Spoleti nō possint, neq; debeant panem uendere seu uenalem tenere minoris ponderis q̄ in infrascripta taxa contineatur sub pœna amissionis panis omnis qui reperiretur, nec nō quinq; lib. den. pro quolibet & qualibet uice uidelicet pro dimidia. D. Prioribus ciuitatis qui pro tempore fuerint, & pro alia dimidia executori, seu officiali qui executionem fecerit, Cuius quidem taxæ modus & tenor & dispositio talis est qui sequitur uidelicet ad rationem.

Carolenorum Quatuor pro qualibetcuppa quinq; lib. & quinq; uncias. ad bol'.

Carolenorum	quinq;		lib. quinq;	& uncias	quinq;	pro quolibet bolonēo
Carol'	sex	lib.	tres	& uncias	septem	
Carol'	septem	lib.	tres	& unciam	unam	
Carol'	octo	lib.	duas	& uncias	octo	cum dimidia
Carol'	nouem	lib.	duas	& uncias	quatuor	cum dimidia
Carol'	decem	lib.	duas,	& uncias	duas	cum dimidia
Carol'	undecim	lib.	duas			
Carol'	duodecim	libra	unam	& uncias	nouem	cum dimidia
Carol'	tresdecim	lib.	unam	& uncias	octo	
Carol'	quatuordecim	lib.	unam	& uncias	sex	cum dimidia
Carol'	quindecim	lib.	unam	& uncias	quinq;	
Carol'm	sexdecim	lib.	unam	& uncias	quatuor	
Carol'	decemseptem	lib.	unam	& uncias	tres	
Carol'	decem & octo	lib.	unam	& uncias	duas	cum dimidia
Carol'	decem & nouem	lib.	unam	& uncias	duas	
Carol'	uiginti	lib.	unam	& unciam	unam	
Carol'	uiginti unius	lib.	unam			
Carol'	uiginti duorum			uncias	undecim	cum dimidia
Carol'	uiginti trium			uncias	undecim	
Carol'	uiginti quatuor			uncias	decem	cum dimidia
Carol'	uiginti quinq;			uncias	decem	
Carol'	uiginti sex			uncias	decem	
Carol'	uiginti septem			uncias	nouem	cum dimidia
Carol'	uiginti octo			uncias	nouem	
Carol'	uiginti octo			uncias	nouem	
Carol'	uiginti nouem			uncias	octo	cum dimidia
Carol'	triginta			uncias	octo	
Carol'	triginta unius			uncias	octo	
Carol'	triginta duorum			uncias	octo	
Carol'	triginta trium			uncias	septem	cum dimidia
Carol'	triginta quatuor			uncias	septem	cum dimidia
Carol'	triginta quinq;			uncias	septem	

Carol	triginta sex	uncias	septem
Carol	triginta septem	uncias	septem
Carol	triginta octo	uncias	sex cum dimidia
Carol	triginta nouem	uncias	sex cum dimidia
Carol	quatraginta	uncias	sex cum dimidia
Carol	quatraginta unius	uncias	sex
Carol	quatraginta duorum	uncias	sex
Carol	quatraginta trium	uncias	sex
Carol	quatraginta quatuor	uncias	quinq; cũ dimidia
Carol	quatraginta quinq;	uncias	quinq; cũ dimidia
Carol	quatraginta sex	uncias	quinq; cũ dimidia
Carol	quatraginta septem	uncias	quinq;
Carol	quatraginta octo	uncias	quinq;
Carol	quatraginta nouem	uncias	quinq;
Carol	quinquaginta	uncias	quinq;
Carol	quinquaginta unius	uncias	quinq;
Carol	quinquaginta duorum	uncias	quinq;
Carol	quinquaginta trium	uncias	quinq;
Carol	quinquaginta quatuor	uncias	quatuor cum dimidia
Carol	quinquaginta quinq;	uncias	quatuor cum dimidia
Carol	quinquaginta sex	uncias	quatuor cum dimidia
Carol	quinquaginta septem	uncias	quatuor cum dimidia
Carol	quinquaginta octo	uncias	quatuor
Carol	quinquaginta nouem	uncias	quatuor
Carol	sexaginta	uncias	quatuor

Furfur autem siue simula sub eadem pœna uendi debeat tot bol. quot carl. emitur granum & non pluris.

Quod cõstitutiones & ordinamenta facta contra hereticos in fauorem officii inquisitoris hereticæ prauitatis debeant ab omnibus obseruari. Cap. LXII.

OMNES constitutiones Papales & ordinamenta facta prouisiones & decreta factæ & facta, ædita & ædita contra hereticos & ipsorum fautores defensores & cõplices & quæcũq; priuilegia cõcessa in fauorẽ officii inquisitoris hereticæ prauitatis ac mãdata & sententiæ facta & latæ facienda, & ferendæ per inquisitorem p̃dictũ occasione dicti offici inquisitoris debeant ab oĩbus & singulis officialibus cõis Spoleti hominibus & personis dictæ ciuitatis comitatus & districtus Spoleti inuiolabiliter obseruari, & sicut corde gerunt ita effectũ quem habent erga sanctam fidem catholicam operibus patefaciant.

Quod si qua capitula reperirentur in hoc uolumine statutorum contra libertatem ecclesiæ habeantur pro non scriptis. Cap. LXIII.

SI in hoc uolumine p̃sentiũ statutorũ & breuis populi reperirent aliqua statuta uel capitula statutoq; quæ essent cõtra libertatẽ ecclesiæ, seu cõtra officiũ Inquisitoris hereticæ prauitatis seu cõtra iurisditionẽ cõis Spoleti uoluerunt & statuerũt prædicti D. Statuarii ipsa & quælibet ipsorum de tali materia loquentia fore cassa nulla & irrita & ex nunc pro cassis nullis & irritis reputari ac si in præsenti uolumine non reperirentur scripta.

Quod statuta huius uoluminis ac breuis seruentur omnibus aliis reuocatis. Cap. LXIIII.

CVM infinitas atq; cõtrarietas reprobent in multis iure articulis, ideo cõtrarietatẽ ac multorum similitudinẽ statutorũ in præterito uigentiũ quæ cõfusionẽ ut plurimũ Spoletanis ciuibus inducebant præfati D. Statutarii resecantes & in posterũ abolentes statuerunt & ordinauerunt q; oĩa & singula statuta leges municipales. reformationes prouisiones & decreta cõis & populi ciuitatis Spoleti retrofacta per quæ nõ est alteri ius quæsitũ sint irrita, nulla, & cassa & nullius efficaciæ uel momenti & q; tantũ statuta & capitula statutorũ & ordines & ordinamenta

menta & decreta quæ in posterũ legitime fient per legibus statutis & ordinamẽtis cõis & populi ciuitatis Spoleti debeant haberi & teneri & inuiolabiliter obseruari ab omnibus ad pœnã & sub pœna in dictis statutis & ipsorum quolibet declarata ordinamenta gabellæ in suo robore duraturis quibus pro præsentia statuta nullatenus derogetur.

FINIS.

IN DEI NOMINE AMEN.

ANNO DOMINI NOSTRI IESV CHRISTI AB eius salutifera natiuitate millesimo quingentesimo quatragesimo secũdo, indictioñ xy. tempore sanctissimi in Christo patris & Dñi nostri Dñi Pauli diuina prouidentia Papæ Tertii, anno sui Pontificatus nono. Die uero. xy iii. Octobris.

ÆDITA firmata ac in meliorem formam redacta & ad imprimendũ disposita & tradita fuerunt suprascripta statuta per eximios. V. I. Doctores dñm Sebastianũ Syllanum dñm Andreã Parẽtiũ dñm Ioã. Antoniũ Arroniũ dñm Ioã. Baptistã Leoncillũ dñm Peruincentiũ Zacheũ, ac Egregios causidicos, Ser Benedictũ Zuchari, Ser Donatũ Rodulphũ, Ser Paulum Martanũ & Ser Hiacyntũ Garofoq; oẽs de Spoleto electos assumptos & deputatos ad reuidendũ corrigendũ & emendandũ statuta Magnificæ ciuitatis Spoleti ac imprimi faciendũ ex generalis cõcilii publico decreto sub die. xy iiii. Martii & . xxv. Aprilis dicti anni facto, & demũ hac suprascripta die. xyii. Octobris ex eoq; unanimi cõsensu & cõcordia sic emẽdata corepta & in meliorẽ formã redacta reddita & relaxata Magnificis dñis Prioribus populi dictæ ciuitatis, uidelicet Ser Donato Rodulpho, Ser Angelo Franciscí Eusebio Io. Franciscí, Io. Frãciscõ Iacobi & Ser Marino campello, & mihi Aurelio notario & cancel. infrascripto ut publicæ personæ præsenti & stipulañ pro Magnifica cõitate Spoleti eiusq; populo & quoq; interest intererit aut interesse poterit quolibet in futurũ. Acta facta gesta & stipulata sunt hæc in populari Palatio Magnificæ cõitatis Spoleti & in Auditorio nouo eiusdẽ cui bona dicti cõis sũt undiq; cohærẽtia præsentibus Cicho Laurentii tibicine de Spoleto & Sebastiano alʒ Pennachio Saluatoris de terra montis sancti dominii Spoletani tubicine testibus ad prædicta oia & singula uocatis habitis atq; rogatis.

ET ego AVRELIVS Rodulphus de Spoleto publicus aplica & iperiali authoritate Notarius & iudex ordinarius & ad pñs Cancel. & notarij reformationũ ac alioq; actoq; pfatæ Magnificæ cõmunitatis Notarius, pdictis oibus & singulis dum sic ut pfert agerent & fierẽt interfui & pñs fui, eaq; rogatus scribere scripsi & publicaui & in hanc publicã formã redegi & ad pmissoq; oium & singuloq; fidẽ & testimoniũ memet subscribẽs solito meo signo signaui.

Impressa & absoluta Spoleti per Magistrum Lucam Bini Mantuanum, In ædibus hæredum Zucharelli Marcelli Spoletini, ac summa Diligentia recognita per circunspectum uirum, CONSTANTINVM Ferrantinũ bonaq; artium professorẽ ciuem Spoletanũ ex publico decreto ad corrigẽdũ impressionis errata electũ & deputatũ sub annis dñi. M.D.XLIII. quinto idus Martii.



Potẽs es dñe eripere no
de manu mortis liberare
nos deus nr̃. a a Bñd